

Dicitur Canon, secretum Missæ, tum ratione operationis A secretissimæ, & absconditæ ab intellectu rationalis creaturæ nempe transubstantiationis panis in corpus, & vini in sanguinem Christi: tum ratione prolationis, ne tantum mysterium vilesceret, si ita palam diceretur.

Unde B. Dionysius in Eccl. hierarch. de ritu sacrificiorum differens, dicit, Græcos ridere solitos, existimantes verbis tam submissè pronuntiatis tantum inefficacium non posse.

Tellatur Gabriel supra, prius Canonem alta voce decantatum fuisse, quo factum, ut omnes eum scirent, & per vicus concineretur.

Quin pastores quidam in agro, dum super lapidem panem ponunt, & verba consecrationis pronuntiant, igne cælo demisso fuerunt absumpti. Ita Gabr. supra. Et vide Tit. de Eucb.

Appellatur quoque Canon, Actio: tum quod in eò peragitur augustissimum mysterium, videlicet consecratio tam sublimis, tum quod etiam preces nostræ Deo offerantur, & causa hominum per sacerdotem sacrificantem agatur apud Deum: unde meminit omnium circumstantium, ac vivorum, & mortuorum.

Denique Sacrificium dicitur, quia in eo verè offertur, & immolatur Christus.

Quere Tit. de Sacrificio. §. De sacrificio novæ legis.

CANON SANCTORUM.

ITEM CANONIZATIO.

Canon Sanctorum quis dicatur.

Quemadmodum supra diximus, Canonem sanctorum librorum accipi pro Catalogo, vel eorumdem numero: Ita & Canonem Sanctorum intelligimus catalogum hominum post hanc vitam cum Christo in cælis regnantium, quibus qui iudicio Ecclesiæ annucentur, in Sanctorum Canonem referri perhibentur.

CANONIZATIO.

QUID SIT?

Canonizatio est publicum Ecclesiæ testimonium de vera sanctitate, & gloria alicujus defuncti: ac simul est sententia, qua decernitur, qui honores eidem in terris à viventibus in Ecclesia sine deferendi.

EFFECTUS.

Canonizationis effectus est, ut qui canonizantur, inserbantur Catalogo Sanctorum, hoc est, jubeantur ab omnibus C haberi Sancti.

II. Invocantur in Ecclesia publicis precibus.

III. Templi, & altaria Deo in memoriam eorum consecrantur.

IV. Sacrificia tam laudum quam Eucharistiæ in honorem ipsorum Deo offeruntur.

V. Dies etiam festivi iisdem consecrantur, quibus eorum memoria recolitur.

VI. Pinguntur eorum imagines, & in signum gloriæ, qua illustrantur, honorantur accenso lumine, sive cæreo.

VII. Eorum reliquiæ preciosis thesibus includuntur proponuntur ab hominibus publicè honorandæ.

Cui competat, ubi de illius usu in lege veteris.

Constat in veteri lege, voluisse Deum à sanctis Scripturis annotari in particulari, gloriosam vitam, & mortem ipsorum, qui eorum tempore floruerunt, ut patet ex 44. Eccles. ubi Patriarcharum, & Prophetarum memorie celebrantur.

In nova lege Lucas in Actis Apost. canonizavit S. Stephanum, & Jacobum Majorem: item Petrum, Paulum, & Barnabam, & alios: neque est ratio, cur Deus idem non velit fieri in eorum successores, sique eorum sanctitas explorata, ad solium testimonium ab illo acceperunt, ut putà miracula, & exempla. Meretur namque virtus illorum, ut à nobis laudentur, & celebrentur. Igitur canonizare Sanctos, ita ut in tota Ecclesia pro talibus habeantur, sique eorum sanctitas explorata, ad solium pastorem Ecclesiæ primarium pertinet, c. Audivimus, cum ex eo, de vener. sanct. 19. c. vener. de testib. Ad illum enim spectat proponere toti Ecclesiæ quid credendum, & agendum in iis, qui sunt religiosi.

Ocasio, & usus post tempora Apostolorum.

Solemnis illa canonizatio, quam posterioribus sæculis adhibuerunt Romani Pontifices, non fuit in usu à temporibus Apostolorum. Primam enim fecisse existimatur Leo III. qui insitante Carolo Magno, & Hildebaldo Colonienfi Archiepiscopo, canonizavit solemniter S. Swithbertum, & Confessorum catalogo adscripsit. Sur. Tom. 2. c. 9. decessit autem ann. 796.

Postea Innocentius II. canonizavit S. Hugonem Gratianopolitanum Episcopum, ann. 1130.

Alexander III. S. Bernardum Sanctorum catalogo adscripsit, ut ex vita ipsius constat. A quo tempore, quicumque in Ecclesia pro Sanctis habentur, auctoritate Romani Pontificis in Sanctorum numerum relati fuerunt.

Qui verò olim in Ecclesia pro Sanctis habiti fuerunt, neque enim dubium, quin statim sancti cœperint; factum fuit tacito consensu Pontificis, sine quo nullam vim habere poterat talis consuetudo: saltem post constitutiones Pontificum desuper emanatas.

Quibus quidem constitutionibus saluberrimis occasione dederunt abusus, qui irreperant, quod populus aliquando pro beatis coleret damnatos. Ita Donatistæ proponebant colendos martyres suos, quos tamen constabat in hæresi occubuisse.

Et tempore S. Martini scribit Sulpitius, quod cum populus coleret nescio quem hominem mortuum pro Martyre, & B. Martino esset suspecta illa devotio, tandem eo orante, apparuit defuncti anima, & confessæ esse in inferno cruciari ob crebra perpetrata latrocinia.

Et Alexander III. cap. Audivimus, reprehendit quosdam, quod hominem in ebrietate mortuum, & occisum pro Martyre venerentur. Videatur Azor. l. 5. Institut. moral. c. 7.

RITUS.

Cum per Romanum Pontificem quis in numerum Sanctorum referretur, plura sanè solet indagare investigari solent, ut non temerè, neque ex affectu processisse constet. Pontificem in ejusmodi declaratione. Neque enim facile moventur Pontifices ad ejusmodi canonizationem faciendam: nisi à Regibus, Republica, aut viris primariis importunè sollicitentur, & agrè eo deveniunt: nisi fortassis evidenti sanctitatis alicujus miraculorum virtute testata ad id ultra impelleret. Ubi verò Pontifex exoratus est, committit Episcopis, qui de vita, moribus, conversatione, devotione populi erga canonizandum, & miraculis soletur, & sedulo, omni humano affectu postposito, disquirant, & processum de eis omnibus prosequant, & ad se mittant, signatum proprio nomine. Deinde processum committit examini aliquo S. R. E. Cardinalium, & Kotæ Auditorum, ut de illius sufficientia ad se referant, que processu illo continentur, ac sententiam etiam suam ipsi depromant. Postea in dicto consistorio, aliquis est collegio Oratorum brevi oratione recitat vitam, & miracula Sancti illius, quo publicè constat eum dignum canonizatione.

Eoque facto designatur dies solemnæ canonizationi, ante quem indicit jejunia, preces publicæ, alique pietatis opera, ut Deus Ecclesiæ suæ precantibus adfuit. Unde omnino certum communiter habetur, Pontificem nunquam hic errare, at, ut id ipè credendum affirmat D. Thom. quodlib. 9. q. 7. a. 16. Quamvis enim hominum testimonia fallere possint, ne tamen in definiendo Pontifex fallat, neque deficiat, Deus, ut per se illum promittit, adjuvat, & veritatis spiritum, qui cum docet omnem veritatem, impartit.

CEREMONIÆ IN CANONIZATIONE

OBSERVATÆ.

Peracto scrutinio, de quo supra, & causa canonizationis plenè cognita, factaque ipsi Pontifici secreta omnium informatione per Cardinalem de Monte, qui sacrorum Rituum Congregationi præest: convocatur primum in Palatium Apostolicum pro Beatis canonizandis Consistorium.

Deinde celebris habetur conventus, in quo Pontifex, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, sua pro canonizandis suffragia depromunt.

Tertio, solemnè ante actum canonizationis, cum universo Clero seculari, & ipso Pontifice in sella gestatoria circumlato, instituitur processio.

Quarto, Pontifex in Palatium digressus, prima instituit instantia pro canonizatione.

Quinto, Pontifex genuflexus, & pontificalibus induto, Litanie decantantur.

Sexto, finitis Litanis, fit secundò instantia pro canonizatione, apud Papam in folio sedentem.

Septimo, rursus Pontifex, & Prælati omnes sine mitris prostrati, secretè incumbunt orationi.

Octavo, fit dein ultima instantia. Qua facta declarat Pontifex esse Sanctos, quorum Canonizatio postulat.

Nono, cantat deinde orationem de Sanctis illis pro exigentia argumenti, & Diaconus Cardinalis, alta voce recitat Consistorio, inserto nomine Sancti recens canonizati.

Decimo, Pontifex lecta ex libro super adstantes oratione Precibus, & meritis, &c. solemnè impartit benedictionem. Unde

Undecimo, Inducitur paramentis Pontificalibus, & celebratur A Missam in altari Apostolorum Petri & Pauli.

Duodecimo, sub Offertorio Missæ præfata offeruntur duo ceteri prægrandes, duo panes, totidem vascula vini, tres sportule: quarum una continet partiturum, columbas duas altera, varias aviculas tertia.

Decimo tertio, Missa finita dat Pontifex Indulgentias plenarias, cum solemnè benedictione.

Decimo quarto, Solemnè instituitur Processio cum vexillis, & jubilo à templo S. Petri in Vaticano ad Ecclesiam, vel Ecclesias Sancti canonizati singulari aliqua devotione preparatas, in quibus cantantur collectæ, ac extremum Deo gratiæ referuntur.

Canonizationes in particulari, quare in loca de honore. Tit. Divini honores hominibus tributi.

CANONICÆ HORÆ.

QUÆ, ET CUR ITA DICTÆ.

Horas Canonicas eas preces intelligimus, quæ ad Deum laudandum statim horis, sive publice in Ecclesiâ officio, sive privatim, à Clericis majori ordine insignitis aut beneficiatis performantur, vel decantantur: juxta ritum sacris Canonibus prescriptum. Itaque quod definitis horis nocturnis diurnisque recitentur, horarum nomen obtinuerunt. Et quia juxta sacrorum Canonum prescripta ordinantur, Canonice appellantur. Dicuntur etiam officium Ecclesiasticum, pensum clericorum, officium divinum.

Numerus.

Septem sunt istiusmodi præces, quarum antiquitus in octo eas partentur, videlicet, Matutinum cum laudibus; ( olim enim hæc nocturnis precibus dividebantur: ) Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, & Completorium.

Typi, Fundamentum, & significatio.

Horarum septenarius numerus in sacris Litteris fundamentum habet, ut in quibus repetimus horas illas, quibus hæc performantur, celebratas fuisse, & divinis laudibus deputatas. Ita David in Psalmis, Vespere, mane, & meridie orabo, & annuntia-bo laudem tuam, &c. Item Ps. 118. Septies in die laudem dixi tibi, ubi septenaria hæc deprecatio insinuat. Deinde, in matutinis meditabor ante. Et, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Daniel enim in captivitate, statim horis ascendebat superiora domus, ut oraret. Et in Actis Apost. Petrus, & Joan. ascendunt ad templum, ad horam orationis nonam.

Fortassis significata fuerunt per septem tabas, quarum sonitu muri Jerichantini corruerunt. Jos. 6. Item in septem candelabris Ecclesiæ. Apoc. 1. septem lampadibus. Exod. 25. Significatur autem per septem hæc horarias preces septem mysteria redemptionis nostræ, que comprehendit Gloss. c. 1. de celest. Missar. his verbis.

Hæc sunt septenas preces que psallimus Horas, Matutina ligat Christum, qui crimina purgat. Prima vespere spiritus: causam dat Tertia mortis: Sexta Crucis nescit: laus ejus Nona bipertita: Vespera deponit: tumulo Completa reponit.

Alia significaciones videantur apud Azor. l. 10. Institut. moral. c. 1.

INSTITUTIO.

Vide Vigilie Christianorum.

Jam ab Apostolorum temporibus Clericis statim horis nocturnis, diurnisque ad templum convensit in Ecclesiam, ut Deo D Palmos, & laudes decantarent, constat ex Clem. 18. Constit. Apost. c. 30. ubi tale extat decretum. Precepciones facite mane, tertia hora, & sexta, & nona, & vespere usque ad galli cantum. Atque earundem horarum meminit Cyrilian. in Expos. orat. Dominice circa horam. Basilium particulatim in Reg. copios. disp. Interrog. 37. 19. ferm. de Institut. Monachor.

Idem D. Hieronym. Epist. 22. ad Eustoch. Horam tertiam, inquit, sextam, nonam, Diluculum quoque, & Vesperas, nemo est, qui nesciat. Et dicit: Paulam Romanam, Mane, Hora Tertia, Sexta, Nona, Vespere, Noctis medio, per ordinem Palatium decantasse. Epist. 28.

Legatur Chrysostomus 54. ad pop. Antioch. Ambros. l. 7. in Lucam c. 13. de virginibus.

Fuit ergo consuetudo diebus singulis hæc preces performendi, quam deinde Pelagius I. & cum secuti Pontifices, jussertim lege lata observari: unde frequens eorum mentio in Conciliis, & Pontificum decretis. Falsique ex hoc fuisse Polydorus, & alii, dum novitiam, & non nisi à tempore B. Theat. vit. Human. Tom. II.

pore Pelagii, istiusmodi institutionem scribunt: nisi velint, tum demum lege præceptam observari.

Initium verò harum precum sumitur à versiculo, Deus, in adiutorium meum intende: idque exemplo Moysis, inquit, Abulen. Num. c. 10. qui simile quid precabatur, rogamus enim, ut Deus dirigat nostram Psalmodiam.

Quosnam obligent.

Communis est sententia, ad harum precum recitationem ritè performendam adstringi omnes, qui sacro ordine Subdiaconatus insigniti sunt, aut beneficium Ecclesiasticum obtinent. Omnes denique Religiosi professi ad Chorum destinati, etiam antequam sacris ordinibus initiarentur. Quod item obtinet in Sanctimonialibus. Idque sola consuetudine ubique recepta, ut tenet Cajetanus in summa, verbo horæ Canonice. Cetera videantur apud Summistas.

EXEMPLA.

Sequentur exempla nonnulla, quibus docetur quàm pia sit harum precum institutio, quanteque devotione eadem à variis fuerint perfoluta, Deoque grata.

Ab Angelis introducta Psalmodia.

Non solum D. Paulus Apostolus scribens ad Ephesios, c. 5. docuit (ait Baronius) quomodo psallendum sit in Ecclesia, sed & virtutes Angelicæ docuerunt. Socrates enim hæc de Ignatio testatur. Ignatius Antiochia, quæ est in Syria, tertius à Petro Apostolo Episcopus, qui cum Apostolis ipis multum versatus est, visionem vidit Angelorum sanctam Trinitatem hymnis alterna vice decantatis collaudantium; & formam canendi in ea visione expressam Ecclesiæ Antiochenæ tradidit. Unde illa traditio ab omnibus Ecclesiis recepta est. Sed alior, atque certior ejus rei fides habetur, cum de Seraphim stantibus supra thronum, atque clamantibus, & alternis vicibus, & sublimis facta est illa manifestatio Isaia. Bodem planè modo ab Esicenis, quorum res gestas Philo illustri memorie commendavit, Deo laudes alternatim cantu solitas, ejusdem auctoris testimonio expressum habetur. Baron. tom. 1. Annalium, an. 60. Ex Philone.

Ambulans S. Gudunalus Archiepiscopus aliquando per mare, & preces in navi Deo perfoluturus, laudæque, & gratiarum actiones oblaturus, cum dixisset more Ecclesiastico, Deus, in adiutorium meum intende: Angeli subjunxerunt, Domine, ad adjuvandum me festina: & ita totum officium alternis vicibus cum viro Dei explevere. Denique prospero cursu omnis ille Domini exercitus ad terras delatus est. Enejus vita apud Sur. som. 2. die Junii 6.

Preces horarie non interrumpende.

Rem parvam dicturi sumus, sed tamen nostro proposito valde congruam. Carolus Imperator S. Lugdunum Episcopum Monasteriensem ad se pro quadam Reipublice utilitate evocari fecit. Qui cum secundum præceptum ejus venisset, & juxta palatium mansionem accepisset, primo statim mane, missa ad eum Rex cubiculario ipsum ad se venire præcepit. Ea ipsa hora perfolvendis ex more Curibus cum suis insitebat. Cumque his expletis se venturum nuncio respondisset, & hoc Regi ille retulisset, secunda quoque vice, & tertia ad eum accerendum misit, sed ille divinum servitium cunctis aliis rebus anteponendum esse non ignorans, omnino venire distulit, donec ceptam psalmodiam consummaret. Qua finita in conspectum Regis cum venisset, eum, cur ad imperium suum venire contempsisset, interrogavit. Ad hæc ille vultu intercipio, mente constantiori: Ego, imperator, inquit, tum semper præceptum ita in omnibus exequendum putavi, ut tamen Deum tibi ubique præferendum non dubitarem, quem omnibus anteponendum omnes norunt, omnes fatentur. Hoc & ipse mihi præcepisti, quando pastoralis curæ sollicitudinem mihi commendabas: ut Deo primum servitium scirem: post hæc tuis consequenter imperiis cognoscere esse obtemperandum. Hanc tui mandati auctoritatem, hanc justissimæ discretionis regulam fecutus; Deum tibi, & cunctis in terra mortalibus præponendum non ambigo: neque tuum esse credidi, quod hæc justitiam, & præcipuissimæ rationi contrarium esset. Ideo non regie potestatis inhonorationem, & contemptum, ut malevoli criminantur, sed potius propter suam salutem, quæ Deo debebam, exolvere curavi: & ita consequenter ad tum expedire servitium veni. Hanc ejus responsum Rex optumis amplexus: Gratias, inquit, habeo Episcopo: quia qualem te esse credidi semper, talem te nunc esse expertus sum. Tus ut hæcenus scisciti, Dei semper operare voluntatem, & simul nobis devotus, & fidelis pro nostri imperii statu orare memento. In vita S. Lugduni, apud Sur. c. 32. 26. Martii.

Non postponenda.

**A** S. Hugo Episcopus Lincolnensis preces Canonicas statuto persolvebat tempore, nec induci poterat, ut aut praeveniret illud, aut differret. Itaque in magnis etiam tractatibus, sicut quidam ad consulendum, sive deliberandum egredi solent, sic ipse immortalis Regi debuit laudis oblatum, simul atque venisset hora, mox exire solebat. Nihil divino officio opponendum, Carthusiano more, vir fidelis dixerat, quod etiam usque in finem exacte servavit. Contigit, illum aliquando, cum Praelatis quibusdam, & Clericis per loca infesta equitare. Consulantibus ergo illis, quo pacto imminens periculum evaderent, omnium hac una sententia fuit, ut ante lucem surgerent, & iter suspectum in tenebris conficerent. Surgunt manè, urgent Episcopum, ajunt, non cunctandum, ne à praeconibus capiatur. Quibus ille: Er quò ibimus, inquit, matutini precibus nondum absolutis: Respondent illi: Postea dicemus illis: nam propterandum, ne propter moram capiamur. Tum Episcopus: Qui capit, ait, capiat: & qui timet, timeat. Ego hinc non exibo, donec solito more preces matutinas persolvero. Mira res solas Episcopum, postquam laudes Deo tractum admodum obtulit, licet cum suis per eandem viam equitaret, nil mali passus est: alii autem quia prudenter se facere arbitrabantur, ne consilio sancti viri pariter volebant, in periculum, quod cavere moliebantur, inciderunt. *Ex Anonymo Sar. in vita ejus cap. 22. tom. 6. Novemb. 19.*

Eremitam deficientibus alimentis Angelus pascebat: & tempore utarum portabat aliquando uvas bonas: quandoque agrestes: quandoque maridas. Interrogatus Angelus ab eremita, quae esset tantae diversitatis ratio, respondit, se portare bonas uvas, quando officium debitis horis persolvebat: agrestes vero, quando tempus praeveniebat: maridas, quando ultra debitam horam differrebat. *Abbas in c. 1. de celebr. Missarum Jacobus à Grapibus c. 52. §. 14.*

Reverenter persolvenda.

S. Dominicus in precibus horariis, & psalmodiis, quas inprimis reverenter absolvere solebat, faciem suam crebro visus est lacrymis irrigare. Quando extra monasterium erat, auditio primo signo nocturnarum precum fugebat, & fratres excitans, cum multa devotione totum divinum officium absolvetat horis, & temporibus suis, tum nocturnis, tum diurnis, nihil penitus omittens, & persoluto Completorio etiam in ieiunio, cum foecis, silentium non minus servabat, quam si fuisset in monasterio. *Theod. de Apol. l. 62. vita ejus c. 3. §. 11.*

S. Franciscus quoque fratrum Minorum antesignanus solitus erat horas Canonicas non minus timorè Deo persolvere, quam devotè. Nam licet oculorum, stomachi, splenis, & hepatis aegritudine laboraret, nolebat tamen muro, vel parieti inhærere, dum psalleret, sed horas semper erectus, & sine caputo, non gyrovagus oculis, nec cum aliqua syncopa persolvebat. Si quando esset in itinere constitutus, figebat tunc temporis gressum, hujusmodi consuetudinem reverentem, & facram propter pluviarum inundantiam non omittens. Dicebat enim: Si quietè comedit corpus cibum suum, quod futurum est verum escam, cum quanta pace, & tranquillitate accipere debet azyma cibum vitae? Graviter etiam se putabat offendere, si quando orationi deditus, vanis phantasmatis interius vagaretur. Cum aliquid tale accidere, non parebat D confessioni, qui illud procius expiaret. Hoc studium sic in usum converterat, ut rarissime mulcas hujusmodi pateretur. *Bonav. in vita c. 10.*

Dicam ad hoc propositum rem mirandam, quam audisse me memini à patre quodam maximo Dioratico. Aycbat enim ille: nocte quadam, dum in Ecclesia excubaret, in principio psalmodiae vidisse se quendam à Sacratio egredientem, cum veste splendida, habentemque in manu calicem, cum sacrificio, & hostia, tinxissetque illum hostiam in calice, & obambulante fratres omnes obfignasse. Eorum vero, qui ad vigiliam non surrexissent, aliquorum sedes, & loca tetigisse, aliorum pertransisse. Atque hoc ipsum in fine psalmodiae repetisse, & Sacratio, ut antea, egredientem. Quod senem admodum admiratum, cum ante se pertransisset, ad genua illius obvolutum rogasse, ut quidnam hoc esset mysterium, dignaretur aperire. Respondisse illum, esse sese Angelum Dei, qui delegatus ad hoc esset, ut signo hujusmodi eos obfignaret, quos diligentes, & promptos ad principium psalmodiae, & in finem usque perseverantes in Ecclesia reperisset. Senem vero post hec sui

iterum subdidisse: Cur aliquorum loca, & sedes: quos in Ecclesia non reperisset, obfignaret. Retulisseque rursum Angelum sanctum, eorum se loca obfignasse, qui & promptissimi, & paratissimi, quantum ipsi erant, ad vigiliam surgerent, sed & eorum, qui ulla necessitate compediti, cum Patris obedientia, & benedictione, vel etiam imperio obdormissent. Hos æquum esse signum suum recipere, cum animo, & proposito, cum psalmodiam affuissent: Illi vero, qui psalmodiam interesse potuissent, sed desidia, torpore, & negligentia desisterent, iussu Dei summi sedes, & loca noli esse obfignare, quoniam ipsi sese indignos hoc caelesti signo fecissent. Contemplamini igitur, quale nobis donum ministrat, qui nos ad vigiliam, & laudes Dei excitat. Curate, fratres, Angelicum signum non amittere: at si contigerit ullum ex vobis dormitare, fueritque ab altero excitatus, ne moleste feratis, sed potius ratione tanti boni gratias agite, quicquid ille fuerit. *Ex B. Dorobeo Abate tom. 2. Biblioth. SS. PP.*

Negligenter persolvendum pena.

Lutgardis virgo sanctissima sæpe reprehenderat Moniales in valetudinario manentes, quod parum attentè persolverent preces Canonicas divinitus institutas. Cum autem dimidio ante obitum suum aum videtur divina majestate, & reverentia dignam in fororibus emendationem, ait: Scio equidem, quod post decessum meum culpam hanc manus Domini in fororibus vindicabit: & tunc memores verborum meorum, castigata cum multa humilitate se corrigent, & Dominus mox retrahet manum suam, quam jam extendere ad ultionem. Quam autem veraci spiritu hæc illa prædixit, res ipsa neminem finit ambigere: Nam ubi illa excessit à vita, confestim dita percussit in illud monasterium, & brevissimo temporis intervallo quatuordecim probatissima forores extinxit. Ego vero eodem tempore illuc veni, & duas carnes, ac spiritu fortes, uno eodemque momento animam reddentes, oblata pro eis sacrificio, in uno tumulo sepelivi. Cum se autem infirmæ forores in valetudinario in decedis Canonicis precibus coexistissent, Domino manum suam retrahente, petitis illa protinus sopita est. *Theo. Cantipr. in vita ejus apud Sarum l. 2. c. 10. Jun. die 16.*

Omittentium pena.

Dicam & aliud, quod contigit in Monasterio Gamungense. Statutum erat, atque jam per triennium ferè servatum, ut G cum horis Canonicis quotidie beatae Mariæ semper Virginis officia dicerentur. Erat autem quidam inter eos Gazo, habitu Monachus, reprobus quidem vita, sed dicacis, & aculeata facundia. Hic cepit conque, satis superque sufficere, quod sanctus præcepit Benedictus, nova adinventionis pondus debere superponi, nec non esse antiquis Patribus sanctiores, qui videlicet hæc superstitiosa, & supervacua judicantes, psallendi nobis metam, omnemque vivendi regulam præfixerunt. Hac sanè debere nos esse contentos, ne ab illa incautus declinantes per anfractus, & invia duamur errori. Quid plura. Contra Reginam mundi prælari visus est, & confect. Ad hoc nimirum fratres verfersa machinatione pellexit, ut solitas Beatae Mariæ laudes ulterius non offerret. Sed, ò divinum judicium à nostræ pravitate intuitu non dormitans! Mox enim adversus præstatum Monasterium tot adversitatum grandines, tot undique bellorum atque confusiois exortus tum tempestates, ut ipsi quotidie Monachis minaces gladii necis exitium intentarent. Fuit undique depredationes, atque rapina: conflagravit cum segetibus area familiaris, ac servi sancti loci crudeliter trucidantur; & non jam imago mortis, sed mors ipsa grassatur, adeo ut tæderet jam Monachos vivere, dum nequaquam possent in prociudis certaminis amicum quieti suæ professionis officium custodire. Non parvis expensis ad Teutonum partes Imperator experiretur: pragmaticæ sanctiones, cum titulis Imperialibus advehuntur. Sed tandem est in omnibus quippe fitidius non fructus, sed labor supervacuus. Unde cum ego petitione fratrum sæpe psalleret, quatenus sequeretur accedere, et si possibile esset pacis inter eos fœdera continuare, hæc rogantibus voce respondit: Christus, inquam, est pax nostra. De quo etiam de Virgine recens nato angelitus dictum est, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax. Quia ergo Mattæi verè pacis de suo monasterio proferrent, dignum est, ut inquietis calamitum, tribulationumque procellis, atque turbibus agitantur. Verum, ne lectorem diutius protraham, fratres illi hæc, quæ dixeram, non dubiis erumpentibus signis vera probantes in arcto

fui

sit tandem ad eor redeunt, pavimento se humiliter sternunt, ac precepta penitentia, nunquam se de cetero neglecturos solita Dei Genitricis precatione unanimiter pollicentur. Mox itaque (ut fateat) post coruscationes, acque tonitrua tandem episcopis ostendunt, ut ex tunc usque hodie fratres jucundè pacis otio persistant, ac de Seylla voragine se delatos ad portum gubernante filio Virginis gratulerent. Impletum ergo est, quod per Prophetam dicitur: Revertimini ad me, & ego revertar ad vos, dicit Dominus. *P. Damian, in Biblioth. SS. Pat. tom. 3. Baron. tom. 11. an. 1056.*

Non distinguendum per intervalla.

Hic minime prætereundum, quod Petr. Dam. Card. habet in *epist. ad Desid. Cassinens. Abbatem*: Adlardi nempe prudentis, & religiosi viri, qui Bremetini præminit monasterio, didici relatione, quod scribo, quod etiam inditum litteris esse dicebat. Clericus, inquit, Colonienfis Ecclesie vadum fluminis transibat, & ecce bestias Severinus ejusdem Ecclesie super Episcopum, qui ejus habenas apprehendit, eumque retinens sistit. Cùmque ille ad stuporem versus, & graviter admiratus cur illic tam clarus, & tam celebris fame vir moraretur, inquireret: Da mihi, ait, manum tuam, & quæ circa me sunt, non auditi disce, sed tactu: cumque datam manum fluctibus impressisset Episcopum, tunc eam ardor absorbit, ut undique carnes ejus resolutæ disfluere, & ossa nudata vix hærentibus articulis remaneret. Ad quem Clericus: Cùm nomen, inquit, tuum in tanta benedictione sit apud nos, & fama tua consonis totius Ecclesie præconis celebratur; cur te pestilens hæc vorago confringit, tantoque (proh dolor!) incendio cruciat? Ad quem sanctus Episcopus: Nihil, ait, aliud in me remansit ultione plethendum, propter hoc tantum, quia in aula regia consuetus imperialibus me consiliis vehementer implicui. Canonica Synaxis officia per distincta horarum spatia non persolvi. Manè quippe simul omnia coæcervans: tota die negotiis ingruentibus secura libertate vacabam. Ob hæc itaque negligentiam Horarum ardoris hujus fero supplicium. Tu vero omnipotens Dei clementiam humiliter implora, ut manum tuam in salutis pristinae restituat statum. Quod cum factum fuisset: Vade, inquit, illi obsecra fratres nostros Ecclesie Clericos, & alios spirituales viros, ut pro me preces fundant, indigentibus subsidia conferant, sacrificiorum votis insistant: C

His enim peractis, ego mox de vinculo poenæ hujus indubitanter expeditar, & expectantibus me beatorum civium choris lætus adjungar. Quod certe magnam nobis debet inferre formidinem, quia cum sanctum virum uti culpa duntaxat obnoxium tam intolerabilis Purgatorii poenæ constituit (væ, væ) quæ mihi meoque similibus est inferenda sententia, quos tot reatum proluxit gravat. Distingueda sunt ergo per momenta temporum Ecclesiarum infirmitas officia; & sub magna divini timoris, ac reverentie disciplina dicenda sunt, ne dum psallimus, fructum spiritus cum carnis desidia miscamus. Quid enim prodest hostiam Deo laudis offerre; & per torporem negligentia fœdis cum cogitationibus inquinare? *Idem epist. 14. ad Desid. Ab. c. 7. apud Baron. tom. 23. an. 1062. 83.*

Irreverenter legendum.

Idem, quem diximus, Adlardus; & in Burgundia regno mihi convivor incidere: In hoc, inquit, loco, per quem nunc transitum habemus, aliquid contigit, quod si dixerimus, non rectè conversionis vir, hic aliquando transibat, & ecce crinitus quidam, quasi ex Hierosolymitana peregrinatione veniens, palmam ferebat in manu. Cùmque peregrinus, & Monachus, invicem obvii, sese alternitè pertransissent, ait ille: Completorium in lecto, nec salus est, nec profectus. Quod Frater audire non potuit: mox enim ut verbum protulit, omnino disparuit. Ille, verò ad conscientiam mox reversus, invenit, quia pridiano vespere lassus de via redierat, & sessa in lectulum membra proiciens, incensus canonicas Horas compleverat. Utrum ille Angelus fuerit, an revera (sicut videbatur) homo, id diuicimus relinquendum esse judicio. *Idem eadem epist. cap. 8. etiam apud Baron. tom. 10. an. 1052. 84.*

Idem Damianus ad idem propositum aliam narrat historiam: Prior quidam fuerat nomine Joannes, qui lentis quibusdam infirmitatibus macilentus videbatur semper, & gracilis. Hac itaque sui corporis imbecillitate confusus sæpe pœnis in lecto completorium decurrebat. Accidit autem daemoneus quidam

L. B. Theatr. vitæ & Hum. Tom. I. I.

non procul abesset, qui multa hominum secreta, & obscenios actus impudens propalaret. Cùmque præfatus Joannes daemone exire præceperet, & quibusdam exorcismi questionibus flagellaret; Tunc, ait, ille es, qui sub Cotto quodam completorium infuturas! & modo me quasi sanctus cœtere, & juris mei vasculum de meo vis dominio liberare? Hoc audito, frater erubuit, quia rei veritatem etiam per mendacis recognovit auctorem. *Petr. Damian, in libello de miraculis.*

Dum idem Petr. Oshensis Episcopus, & S. R. E. Cardinalis legationis munus obiret, tradit se in Gallia fuisse exceptum hospitio ab Vvaltero Archiepiscopo Bisontino celebris fame Antistite, quem summis laudibus celebrat. Corripuit tamen eum, quem correctione ex eo dignum putavit, quod pateretur, Ecclesie ministros sedentes psallere: ait enim, ad ipsam postea scribens: Unum præterea torporis, ac desidia signum in tua Ecclesia vidi, quod & tunc, prout expeditionis diebat hora, corripui, & nunc apicibus tradere non superfluum duco. Plebique siquidem ibi clericorum resident, dum vel canonicæ horarum celebrantur officia, vel etiam ipsa Missarum offeruntur terribilia sacramenta. Cujus torporis ignaviam per Galliarum partes nonnullis inesse etiam monachos deprehendi. Quod profecto præva consuetudinis vitium, & correctio dignum, & de stadio militantis Ecclesie in his, qui incolentes sunt, constat penitus eradendum. & Hæc ipse, qui haud visus satis fibi tunc corripuisse de his Episcopum, reversus ad eundem, eodem argumento prolisam satis cum epistolam scripsit, cuius est exordium: Non ignoras, venerabilis pater, & Quæ ex pluribus divina Scriptura locis laboravit ostendere, nullo modo neque clericis, neque laicis in Ecclesia sedendum (nisi labor quis infirmata) dum divina officia persolvuntur: quod ut primum ipse in sua Ecclesia corrigat, inde in aliis quoque corrigendum procuret, admodum. *Baron. tom. 11. Annal. an. 1062.*

Fervor legendium Deo gratus.

Coronidem adieciam de B. Coleta, virgine religiosa, quæ cum non mediocri laboraret morbo, nunquam tamen à divinitate voluit se laudibus subducere, nec propter fororum paucitatem aliquid de illis dimitti: sed cum duabus, aut tribus fororibus preces omnes Canonicas ipsa persolvebat integre, solemniter, & devotè. Ubi sane verisimilis non deerat conjectura, Angelicos spiritus ei venisse subsidio, ut audientium devotio, & admiratio augetur. Nunquam illa, quod sanè admirabile est; in divinis persolvendis officiis ullam, vel tadum, vel laborem sensit, immò quanto ea aliquam efflent, tanto gratiora quoque erant. Quod si interdum aliqua sentiret deflectionem, mox inchoato officio confortabatur, & tranquillabatur, psallens suaviter in fervore spiritus, perinde ac si faciem summi Regis coram inuenerat. Cum aliquando visitaret monasterium quoddam, ostendit illic sanctimonialia, quæ propter gravem morbum annis octo à divinis officiis abdicata non absque multo animi dolore. Eiad se accitit comiter ait: quid est, dulcissima filia, quod tam longo tempore abes à laudibus Dei: Respondit illa: Nihil, mea mater, illic vel dicere, vel facere possum, morbo impedita. Tum Coleta, Abi, inquit, hæc nocte in Christino mine ad preces nocturnas, & fac ibi pro viribus. Fecit ea sic, & ecce vocem sentit sibi restitutum longè meliorem, quam unquam habuisset antea, occinente non minus bene, vel etiam melius, quam alia incolentes. Preter horas Canonicas, quotidie legebat omnes orationes Dominicas, quibus laicæ forores divinum persolvebant officium: tum quoque preces horarias S. Crucis, & duplices Defunctorum, H ut vocant, Vigilia, ut primum novem lectionum, interdum trium. *Stephan. Juliac. in vita ejus cap. 23. §. 24. apud Sur. tom. 2. Marc. 6.*

Horarias preces, Clericorum pensum, statuto tempore, & ordine persolvit, Deo gratum esse, & acceptum, suo exemplo docuit Lincolnienfium Antistes Hugo. *¶ Vite supra Tit. Non postponenda.*

Etiamsi isto in genere Thomas Morus, pietatis admodum fuit liberalis, qui pro more, Sacerdoti, superpellico indutus, concinebat: monitus tamen hunc humilitatis modum Regi minime placiturum, tanquam dignitati ejus nimis congruum, respondit: Domino meo Regi displicere non potest, quod ipse Regis Domino obsequium impendo. *Idem apud Stapla.*

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Cantus sibi Græcè, dicitur inflexio vocis secundum numeros. Unde Cantores, qui vocem ita inflectunt, quamvis etiam à vobis competat canere, sive modulari, dum quæque vocem à natura inditam deponit. Etiam cantus pro divinatione usurpatur, eò quod Magi ad sua præstigia, & ex- crationes certos susurros, & carmina adhibere soleant. Hinc veebum incantare, & incantator. Atque apud Ovid. & Propertium res cantatae leguntur pro incantatis, ut luna, herba, aquæ, uvæ. Ita in Metam. 14.

Carmine cantato calum densatur. Apud Grammaticos etiam Cantor idem est, quod Mimis, teste Turnebo l. 9. c. 29. explicante illud Horatii in Arte Poet. Donec cantor, vos plaudite, dicat. ubi cantorem intelligit histrionem, qui comædiam finit. Hinc apud Prædientium legitur l. 2. cont. Symmach.

De Tragicis cantor ligno tegat ora cavato, &c.

QUI CECINERINT. QUOMODO. QUÆ OCCASIONE.

Libro de Musica memorat Theophrastus, radices musicæ tres esse 4. animi merorem, voluptatem, & assilum quasi furoris: quorum unumquodque de statu suo deflectat vocem, & diver- tat. Etenim moestitia flexibile, & lamentabile genus delabens in cantum habent. Hinc oratores in epilogis, & histriones in lamentationibus delabentes videmus ad modulamina, & vocem intendentes. Jam ingentes exultationes animi, vel totum corpus, & corum quidem, qui ingenio sunt agilior, ex- citant, ut in motum numerorum exilant, plaudantque, si tri- pudiare nequeant, infansque edant alias, atque, ut Pindari verbis utar, insolenti cum jactatione ovent: modestiores ve- rò hoc motu conciti, solem ad vocem ad cantandum, & vo- ciferandum, atque ad modulandum convertant. Supra cætera divinus afflatus tam corpus, quam vocem de statu suo, & gra- du dimovet, ac deflectit. Hinc fit, ut numeris bacchantes utantur, & metris oracula fundant numine afflati: fanatico- rumque quorumqueq; cernas citra metrum, & cantum de- lirantes? Plut. de Musica.

Egyptii canunt in conviviis Manerorem, quem ajunt regem fuisse, & inventorem musicæ. Alii hoc non esse nomen proprium contendunt, sed genus loquendi, potanti- bus, & epulantiis conveniens, quasi dicas: Secunda adfunt. Plut. de Iside.

Apud veteres mos erat: ut in conviviis singulis Convivæ suam cantionem canerent. Quod si quis citharam accipere re- cufasset, utpote musices ignatus, is per jocum accepto ramo laureo, seu myrteo, cogebatur ad eam canere. Porro præficus hunc canendi fuisse morem testatur & Fabius l. 1. tit. 1. Unde, inquit, etiam ille mos, ut in conviviis post cenam circum- ferretur lyra, cujus cum se imperitum Themistocles confectus esset, ut verbis Cicronis utar, habitus est indolior. Sed veterum quoque Romanorum epulis fides, ac tibias adhibere moris fuit. Plut. p. 5. sympos. l. scribit, olim fuisse morem, ut in convivio primùm voce commune deum canerent *πρωσις οὐτις*, ut ait: deinde myrteum ramum unieuique tradi solet, quem *ποικίλον* vocatum existimat, quod is, qui eum accepisset, caneret. Post lyra circumlata, qui peritus artis fuisset, eam accipiebat: can- ebatque sonum chordatum ad vocem attemperans.

Tibias autem musices imperitis, *σολοιδόν* carmen dicebatur, quod non esset vulgare, neque cuius facile. Alii dicunt myr- tum non solere ordine circumduci, sed à sponda ad spondam transferri, ut postquam cecinisset is, qui in prima sponda primus sedebat, citra dretet, qui in secundo lecto primus ac- cumberet, hic rursum tertii lecti primo: Deinde rursum pri- mi lecti secundus, secundo loco in secunda accumbenti sponda traderet, eumque ad modum per omnes iret. Hæc ferunt Plut. Erasim. in Adogis.

Sunt, qui putant Pæanas dictas fuisse non quidem *ἀπὸ τῶν παίων* à feriendo: sed *ἀπὸ τῶν παίων*, quod placare significat: quo- niam canebantur olim in tibiæ cantilena, ubi vel famem, vel pestem cessare precabantur, vel aliquod imminens malum diver- tere, divino implorato auxilio. Inde Æsculapius Pæon dicitur fuit ab Aristoph. in Pluto, quia morbos mitigaret. *Ναταλὶς Comes Myti*, lib. 4. c. 10.

Καλλιπικὸς genus cantilenæ est, quod canebatur victori-

bus quos etiam honoris causa *καλλιπικὸς* appellabant: ut, Jo- zean, aut Jo triumphe: idque dicitur tradidit *Αἰθέρ. lib. 14. E. Tripudiantes autem eam cantilenam canebant. Muretus lib. 3. Var. l. 6. cap. 11.*

Bototii primùm liberam, ac pacatam advebant vitam, dein- de mortuo Lajo in varias calamitates inciderunt, ut illorum cantilena à lato initio in luctum desinitu videtur. Inde pro- verbium, *Βεωτικά cantica Zenodoti usurpare videntur. Erasim. in Adog.*

Regnetus Danorum rex ab Hella Britannorum rege victus, & in antrum serpentibus objectus, totius vitæ suæ cursum alta voce decantavit, & epilogi loco adiecit: Si fœvula (filios suos tres intelligens) veris supplicium scirent, haud dubiè perturpa- tara opem ferrent. *Saxo lib. 9.*

Athenis facilis, ac tuta in Delum navigatio. Unde fiebat, ut qui illuc solverent, inter navigandum securi: nihilque peri- culi metuentes, canerent. Mos autem erat Atheniensibus, ut quotannis navim foelenni apparat, religionis causa, Delum mitterent, id quod indicat Plato in *Crione*. Unde confentaneum est, qui hæc vellebantur, hymnos quosdam in Apollinis laudem solitos decantare. *Erasim. in Adogis.*

Hoc est cui canter viduus quoque compe de fossor, Indocili numero, cum grave molliis opus. Cantat & invidens imosæ pronus arena. Adverso tardam qui verbit anne ratem. Quique refert pariter lentos ad pœiora remos, In numerum pulsa brachia versat aqua. Fessus ut incubuit baculo, facuque resedit. Passor, arundine carmine mulcet oves. Cantantis pariter, pariter data pensa trabentis Fallitur ancille, decipiturque labor. Ferrus & abdulla Lynesseide tristis Achilles. Emonia curas attenuasse lyra. Cum traheret sistras Orpheus, & dura canendo Saxa, bis amissa conjunge mœtus erat. *Ovid. l. 4. Trist. Eleg. 1.*

CANTUS ODIIUM. Quare MUSICA. CANTUS NUPTIALIS.

Quare MUSICA. CANTUS RELIGIOSUS, ET PIUS. EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Moyfes, & filii Israel egressi de mari rubro, & demerso G Pharaone, cecinerunt Deo epinon: quod & fecit Maria propheta foror Aaron, sumpto in manu lya tympano: quod etiam fecerunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & cho- ris. *Exod. c. 15.*

Idem Moyfes haud diu ante mortem, ad filios Israel locu- tus scribitur verba cantici memorabilis, quo Dei magnalia illis commendantur, & simul instruntur, quomodo legis præscri- pta debeant servare, ut a Deo benedictionem promissam conse- quantur. *Deut. 32.*

Post Sifaram interfectum à Jael, Debora, & Barac Domino gratiarum canticum decantabant, quod describitur *cap. 5. lib. Jud.*

Etiã David locutus est Domino verba carminis, in die, qua is cum liberaverat de manu inimicorum suorum. *lib. 2. Reg. cap. 22.*

Eundem Davidem Scripturâ commendat ad excellentia cantus, quo divinas laudes concinebat. Unde vocatur Pfaltes egregius *2. Reg. cap. 23.* Et testatur Pfalmi illi, sive cantica spiri- tualia, pietate, & sapientia plena. Quin & ab eo cantores in H variis clasibus distributi leguntur. *2. Paral. 6. 15. 25. 2. Paral. 29. & alibi.*

Christo nato, Angli qui pastoribus gaudium magnum Evangelizaverant, canebant Gloria in excelsis Deo, &c. *Luc. cap. 2.*

In Apoc. c. 19. testatur Joannes, se audivisse xxv. Seniores resonantes Alleluja.

Eandem lætitiæ vocem ingemisse beatas illas mentes ali- quando, testatur Franc. Alvarez in *Ætiop. legat. c. 14.* atque exinde Cenobio cuidam nomen Alleluja inditum fuisse.

Anno d. xci. dum Roma sævissima pestis grassaretur, & ad eam sedandam S. Gregorius supplicationem instituit ad modum solennem, circumgestata imagine Deiparæ, ac Li- taniæ sacre decantarentur, audita est cælo delapsa vox, An- gelorum fuisse quis neget? *Regina coeli latere alleluja*, ac ocuis lues sedata est. Refert *Cornel. à Lapide comment. in c. 5. Epist. ad Ephesios.*

Etiã

Etiã Paulus hortatur Christianos, ut cantent, & psallant in cordibus suis Domino, ad *Ephef. 5.* Et ad *Coloss. 3.* Eisdem impensè commendat psalmodiam, & hymnodiam.

Christus quoque in hac re exemplum nobis exhibuit. Siquidem cœna peracta, exierunt ipse, & discipuli in montem Oliveti, hymno dicto. Græcè *ὕμνωσαντες*, quem hymnum fuisse decantatum indicat Concil. Tolet. IV. can. 12. Et fatetur S. August. *epist. 119. c. 18.*

Paulus, & Silas in custodia detenti, media nocte hymnos, decantabant. Id enim significat illud *πρωσις οὐτις* quæ. Et quidem voce clara cecinisse constat, quod ab aliis, qui in custodia erant, audirentur. *Act. 16.*

\* CANTUS ECCLESIASTICUS.

Ut olim in lege Veteri, ita est in Nova, in officio divino adhiberi solem cantum, quem ob id cantum Ecclesiasticum vocamus; exemplum habemus in Davide, Christo, & Apo- stolis, ut ex superioribus constat, & amplius ex dicendis constabit.

B QUI CANTUM AB ECCLESIA REMOVERINT?

Fuit olim quidam Hilarius, qui cantum omninò ab Ecclesia excludebat, cujus errorem confutavit S. August. l. 2. *retrod.* c. 11. Eundem refumpserunt Henricianis, & Petrobruffianis: quos refellit P. Lutiacenſis *epist. ad Episcopos c. ult.*

Joannes Wiclef etiam cantum, omnemque vocem elatiorem removet. De quo vide *Waldensium tom. 3. tit. 2.*

Trinitarii Transylvaniæ omnem cantum cum tubis, & organo profcriperunt c. 1. l. 2. Imò in suis Antichrisibus, dicunt, Christum saltem velle cantum, & organa in templis: Christum verum eadem nolle.

Illyricus eundem reprehendit. Cum tamen apud Lutheranos, & Calvinistas, populus promiscuè, omnique sexus, & ætatis homines in templis reboent, magnoque, & incondito clamore perstent.

Sed & certis diebus per hebdomadam in templis suis organa pulsant, ut illi, qui huc de negotiis, aut ruinoribus acturi velut ad forum conveniunt, & obambulant exemplo veterum Judæorum, quos Christus sanctico flagello templo epe- cit, illorum melodia oblectentur: siatque hoc modo domus orationis perystiliū negotiationis, & atrium cythariza- tionis.

USUS ANTIQUUS.

UBI, ET DE CANTORE, ET PRIMICERIO IN ECCLESIA.

Cantandi, & psalmodiandi in Ecclesia Catholica usus ab Apostolis dimanavit, & per universum orbem celebris sem- per fuit.

Ex oriente habemus *Concil. Laodicenum can. 15.* ubi statuitur, ut nulli, præter Cantores, in Ecclesia Hymnos, & Psal- mos canant.

In Italia Damasus Pont. decrevit, ut Psalmi in Ecclesia diu, nocturne cantentur.

Concil. IV. Carthagenſis in Africa Canone 10. de Cantore, & cantu peculiariter præscribit.

Concil. Tolet. IV. In Hispania, asserit *cap. 12.* quod Salvato- ris, & Apostolorum exemplum habeamus in canendis publicè hymnis in Ecclesia.

In Gallia Conc. Agathenſe *cap. 21.* ordinat hymnos quoti- diè decantari.

*Concil. Aquilegran. cap. 132. & 134.* meminit etiam cantus Ecclesiastici.

Etiã *Dionys. Areopagita p. 2. cap. 7. de Hier. Eccl.* testatur cecinisse suo tempore in sepeliendis mortuis Ecclesiæ mimitros.

*Pertul. cap. 2. Apolog.* refert ex *epist. Plinii* ad Trajanum morem primorum Christianorum, qui antelucanis horis conveniebant ad hymnos sacros Deo decantandos. Et in eodem *Apolog. cap. 39. & l. 2. ad uxorem*, meminit cantus Ecclesiastici.

Eusebius ex Philone narrat primos Christianos à S. Marco institutos in Ægypto, in cantandis Deo laudibus, noctu, diu- que se exercuisse, *l. 2. hist. c. 17.*

S. Ambrosius cantum Ecclesiasticum adversus Atrianos defendit, *l. 5. epist. orat. de trad. Basilicis.*

Imò Augustinus illi adscribit, quod juxta morem orienta- lium Ecclesiarum, usum cantandi in officis divinis intro- duxerit in Ecclesia Mediolanensi. Nempe, ut totus populus concineret, ad leniendum merorem, qui erat propter perfec- tionem Justine, *l. 8. conf. c. 7. & l. 10. c. 33.*

In vita Pauli primi Eremitæ refert *D. Hieronym.* Antonium quamvis solus esset, in exequiis Pauli, Psalms, & Hymnos ex Christiana traditione decantasse.

Et in *epist. ad Oceanum* de obitu Fabiola: & in *epist. ad Euseb.* de obitu Paulæ, meminit cantus Ecclesiastici in funere.

S. verò Ambrosium in occidentalibus Ecclesiis Hymnorum melodiam introduxisse, videtur insinuare *Raban. Maurus cap. 49. de Instit. Clericor. lib. 1.* Ante eum tamen S. Hilarium Pi- ctaviensem hymnorum carmine floruisse constat.

Et verò in omnibus veteribus Ecclesiis reperire est scho- las, ad quas Parochianorum juvenus confuebat, & non modò in disciplinis humanioribus, sed insuper Ecclesiastico cantu exercebantur, ut ita Clericis in Ecclesia divina per- agentibus concinerent.

Qui huic scholæ cantorum præficebatur Primicerius dicebatur, quasi Præfectus cantus: quia ad eum spectabat, ut, si tum juvenes, tum Clerici ad chorum, & cantum destinati in- struerentur: ut observavit *Agorius lib. 3. cap. 16. Instit. moral. parte 2.*

Ceterum in choro ipso, ubi alternatim canebatur, præerat cantorius unus, quem Præcentorem vocabant, alii Cantorem dicunt: qui cantum inchoabat, & vicatium habebat, qui eo absente id muneris præstabat. Videatur *cap. cum olim de consuet.* ubi patet in Ecclesiis celeberrimis Cantorem habere dignitatem, & in choro, confectus, & suffragis ferendis præro- gativam. Videatur *Azor. supra cap. 22.*

ORDO, ET DISTRIBUTIO.

Quamvis ab initio fuerit certus ordo Psalmodiarum, & Hym- norum, qui in Ecclesia canebantur, certaque eorumdem dis- tributio, tamen lapsu temporis pleraque in eis immutata, & temporis, locorumve ratione aliter, & aliter disposita fuerit. Donec S. Gregorius doctissimus Romana Ecclesia Episco- pus, & Anglorum Apostolus, cantum in Ecclesia nocturnum, G diurnumque exactè disposuit, & ordinatè distribuit, in- ditionis ad Psalms destinatis: & cantum ipsum ad commo- diores modulos, formulæque redegeit, qui ob id communiter *Gregorianus Cantus* appellatur, quod antiquum videlicet can- tum is reformasset. De quo legatur *Waldensium Strab. & alii, qui de officii Ecclesiastici scriperunt.*

Exempla, & virtutem cantus Ecclesiastici require in loco de Ecclesia: Tit. ult. qui est de cantu Ecclesiastico.

\* Capellæ. Capellani.

Capellæ olim oratoria erant, Capellanus pellibus tecta. Nunc verò communiter Capellas dicimus oratoria par- ticularia, sive in aliqua minori Ecclesia, sive ab ea separata, & alicujus devotione erecta, quomodò in Palatiis Principum, & domibus quibusdam privatis Capellæ extruuntur, in quibus officium divinum peragitur.

Et quia plerumque in illis altaria erecta sunt, in quibus Missa sacrificium celebratur, eoque nomine certi primum destinati sint, fit ut *Capellania* vocetur jus percipiendi H illos proventus, quo qui gaudet, dicitur *Capellanus*, Græcè, *κασέλλος*. Rationem nominis desumunt, quod tempore persecutionis cum templa exusta essent, & non liceret publice divina peragere, oratoria fuerint constructa, eaque caprarum pellibus contexta adversus injurias aeris, atque eorumdem usus adhuc in castris est, ubi & templa nulla habentur.

Quando autem capella fundata est auctoritate Pontificia, vel Episcopica, induit naturam beneficii Ecclesiastici, & non nisi clerico conferretur. Legatur *Azor. lib. 3. part. 2. Instit. moral. cap. 8.* & reliqui Canonistæ. In nonnullis Ecclesiis potissi- mum Hispaniæ, ulus obtinuit, ut inter dignitates numeretur *Capellanus major*, sive maximus. In quo servanda est loci consuetudo: videtur illius partes esse, ut sicut cæteris Capel- lanis honore, ac dignitate præfret: ita & curare debeat, ut illi officium suum debito tempore exequantur. Ita *Azor. supra cap. 24.*

Capilli.



CAPUT ALTERIU.

A Ja vae Injuria infula incola, si quis caput alicujus manu tangit, cam injuriam armis accerrime persequuntur. Ofor. lib. 8. verum. Em.

Demulcere. Demea apud Terentium, Syro reconciliatus, inquit: Hac ad me, Syre, tibi ut caput demulceam.

Perfundere Unguento, Frustribus. Moris Atheniensium fuit, novitiis servis primum ingredientibus domum, propet focum perfundere per illorum capita palmacos fructus, collybos, id est, nummos, legumina, caricas, nudes, id genus plura, quae a confervis sic effusa rapiantur, & are dicebantur catachyfinata, quoniam catachyfis, profusio est. Erat hoc illis *επισημαστος* hoc est, annue libertatis indicium. Quin & sponsi caput perfundere sic quoque abserverat: quorumcumque item, omnis boni caprandi gratia. Infruitus ejus meminist Theopompus. *Gal. l. 26. c. 6. Antiq. l. 8. ex Suida.*

Plata l. 3. de Republ. Homerum, & reliquos ejusdem generis poetas, quoniam mores optimos, quos ipse summo studio B instituerat; corrumperent, ut in quorum cantu diversa forma mutationum essent, & civitate emitti jubet, redimitos coronis laneis, & unguentis perfusos. Apud *Ch. in 6. Ver.* Segetianae mulieres cum Dianae simulachrum exportaretur ex oppido, unaxere unguentis, coronis, & floribus complevere. Themistii Pater cum Epigrammum exturbaret e choro philosophorum, unguento supra caput effuso exprobrare ei voluit, quod toto corpore perfectus fuisset voluptatem.

CAPUT SUUM

In sinu alterius deponere.

PHALANTHUS Spartanus coloniam Tarentum deducturus, oraculum Delphis acceperat, cum sub Aethra pluviam animadvertisset, tunc se agri, & urbis istius compotem fore. Caeterum variis bellis agitur, cum neque urbe, neque agro ullo potiri posset, moerore percussus in Aethra uxoris sinu caput C reposuit. Quae dum pediculis legeret, fortem simul mariti effusus lacrymis deploravit. Ille lacrymas in caput decidentis sentiens, oraculi recordatus, sequenti nocte Tarentum urbem maximam, & opulentissimam cepit. *Paul. in Phocis.* Samson fortissimus Israelitarum iudex in Dalila scortii sinu capite deposito obdormiens, caesarie fatali ab ea privatus, a Philistaeis captus est.

Lacedaemonii cum hostibus conflicti comam prius pectebant: Sic Clericus apud Xenophonem. Suevi olim praeter ceteris Germanis obliquare crinem, radioque substringere solebant. Ea cura formae, sed innoxiae. Neque enim ut amant, amenturve: in altitudinem quandam, & terriorem aditurj bella compti, ut hostium oculis, omabantur, ita ut, vel capillum retro sequerentur, vel in solo vertice religarent, Principes praefertim. *Corn. Tacitus.*

CAPUT APERIRE.

Si Quem reverebant veteres, aut honore dignum putabant, ad omnem occursum caput aperire, & assurgere, ac de via decedere solebant, sicut exstantibus, nudo, & aperto D capite in exhibendis honoribus esse oportere: veluti omnia nostra patefacimus: credo etiam valetudinis causa, ut Varro significat apud *Plin. lib. 28. cap. 6.* quod ad fidem proximae accedit. Detecta etiam capita, contra vim algoris, calorisque haud dubie firmiora esse, & ad valetudinem mitre proficere, multi censere. Ideo Aegyptii, quod detecto sunt capite, habentur firmiores. Perse vero, quod cum mitra, & pileo, debiliores, adeo ut levi ictu offendantur capita. Hinc Hannibal, divus Julius, & alii summi duces, detecto semper capite, seu sol, seu imber esset, velut contra frigora, tempestatesque obdurato, incessere. Mafinfa quoque Numidiae Rex nullo frigore, aut imbr adduci potuit, ut caput regetet. Quod de Adriano, & Severo principe traditur, tanta firmitatis fuisse, ut hyeme saeva, & gelida per nives, & frigora aperto capite incesserit semper. *Alex. lib. 2. cap. 19.*

Petrus, Laurentii Celsi Venetorum ducis pater, principem filium nunquam aequo animo adire salutandi causa poterat, quod graviter ferret, se patrem jam senio gravem, ad novum exemplum cogi, ut aperto capite filio occurreret. Qua re tan-

dem filius animadversa, prudenter excogitavit, ut pileo suo crux aurea imponeretur, quam visam pater non gravate salutare: camque ad hunc usque diem principes Veneti retinent. *Egn. l. 9. c. 12.*

CAPITIS EXTERNI AFFECTUS.

Cujusmodi sunt

VULNERA.

DAGOBERTUS Clotharii II. Francorum regis F. Austrasianos trans Rhenum duxit: utque indolem suam patri, gentique probaret, cum Bertario Saxonum duce provincias Francorum urente, pugnavit. Grave in capite vulnus accepit. Capillum cruore infectum Austrasiani ad patrem detulere. Ille ira percussus suorum delectu habito, in hostem irruit, Bertariumque cum suis magna strage cecidit. *Emil. lib. 1.*

TUMOR.

CAROLUS Philippi Hispaniarum regis F. Caroli V. nepos, ex quartana aere mutare iussus, in arce quadam nobilem puellam corollas necentem intuitus, cum ludendi causa ad illam properaret, illa vim metuens, in cubiculo fugit. Juvenis eo magis irritatus, in cubiculo preceps per gradus effracta violenter janua delapsus, gravillimum vulnus in capite accepit. Vocati chirurgi vulnus obligant, consolidationique intenti saniei effluxum negligunt. Itaque caput totum tuberculis instar intumuit, & apopleptico similis puer aliquandiu jacuit. Tum demum Philippus, ut morituro extremum adesset filio, accersitus, Andream Vesalium Bruxellensem secum adducit, quem Hispani in superficie tantum corporis veratum veri Medici appellatione indignum esse calumniabantur. Is in deplorato unicum spem in sectione petieram sitam affirmans data sibi potestate a Philippo, tuberculum aperuit, & pus foetidissimum sensim evacuavit. Rediit igitur ad se puer, tanquam e profundo somno excitatus. *Eugenius Blotii Delphensis I. C. acroama.*

TREMOR.

Claudius Imperator lingua titubante, capite cum semper alias, tum quatuorcomque actu vehementer tremulo fuit. *Sub. lib. 2. Eon. 7.*

CAPILLORUM Desfluvium.

Extat Niciae perelegans tetrastichon, quod ridetur nescio quis, uti apparet, tingendi capilli affectator summus, qui dum ei rete nimium studet, effectum sit, ut vitata cute defluerint crines omnino, nec ullo medicamento succreverint amplius: propterea turpiter nudato capite, ovum esse factum totum, facillime poeta hic cavillatur. Id est hujusmodi.

*πῶς κερατῶν βαπτῶν τις, ἀπόδειξι πάρι τριχῶν ἀνέστ, ἢ δ' αὖτις ἀπ' ἑλίου, ὅν αὖτις ἴσχυον, πῶς βαπτῶν ἴσχυον, πῶς μὲν κατὰ τὴν ἡμέραν, μὴτὲ κερατῶν ἴσχυον, μὴτὲ κερατῶν ἴσχυον.*

Accidit aliquando, ut Romanae Mulieres pruriginis pestilenti laborarent: & cum omnes raderentur, nulli eis usui pectines fuerunt: Sed votis Veneri nuncupatis, receptisque capillis eam statum honorarunt pectinem ferente, & barbata, quod & mascula, & femina habeat insumenta, quippe omnis generationis praes. Ac a lumbis quidem, & supernae virum dicunt, caetera feminam. Fingunt & equo insidentem: Aeneas filius ejus, usque ad occasum navigasset, equo confenso tali statu matrem sit veneratus. *Suid. l. 9. Cal. lib. 29. cap. 18. A. L.*

De Lygia: Martialis Epigramm. l. 12. *Tota veritae quod gerit capillus, Annes si tot habet Lygia, trima est.* In Charinum capillorum vitio laborantem, illudque prae-textu otalgia lana obvelantem. *Martial. Epig. l. 12.* *Quod lana caput alligat, Charine, Non aures tibi, sed dolent capillis.*

CAPITIS INTERNI AFFECTUS.

DOLOR

Andronicus Junior Imp. Didymotachis agens, cum lavisset in summo rigore hyemis, neque frigus a balneo cavisset, cum reliquum corpus eff densatum, tum vero caput ita affluctum, ut ex gravissimis doloribus cruciaretur, & mente alienaretur. *Gregoras lib. 9.*

Joannes Baptista Madoetienis singulo die, Sole exorientem, dolore capitis supra nares circumpietur: inde crebescit dolor, donec Sol meridiem attingit: ubi decederet, minuetur,

batur, sic ut sub vesperam cessaret. Quid hoc? nisi quod Sol A ascendens, vapores sursum in corpore trahit, quibus cerebri membranae vexantur. Trahit autem, quia lentus est humor, ac frigidus, qui non remittit nisi vi solis. *Cardan. de Rev. varietate lib. 8. cap. 44.*

Curatus.

Aristoteles Amator. l. 2. *l. 9. Ariston, Peripatetic. Cens. lib. Amator. rerum 9. inquit,* quod Antiqui ob dolores capitis, quibus propter vinum vexantur, vincendorum temporum gratia vincula, quaecumque contingenter invenerunt: quae res illos juvare visa est. Posteriores autem ornamentum etiam quoddam perventum addere voluerunt temporibus, atque in congressibus per vinum coronas sunt machinati. *Athen. lib. 15. cap. 5. l. 14.*

CONSTANTINUS Episcopus Cypri parietem in quarta actione Nicena, Quendam, qui clavam in narrem adigendo, Apostoli Petri depisti in pariete frontem transfodisset, indeque dolorem capitis sensisset, jussum esse clavam eximere, & sic sanatum esse.

AVICENNA medicus dolore capitis vehementi laborans, & de inflammatione metuens, nivem panno lineo exceptam capiti ipsi posuit, & repetere convaluit. *Sorzan. in ejus vita.*

VERTIGO.

Tyronem, quem milites de clivo in dolio demiserant, vertiginosum, ac stupidum factum, Jul. Caesar. Scalgier contrario motu, sed levi, repetito sese curasse scribit in comment. *Hippocrati de insomniis.*

EPILEPSIA, COMITALIS MORBUS, CADUCUS.

Invasio.

Herculeum visum, Herculianum morbum, Diczarchus apud Zenodotum cum existimat esse, quem alii sacrum, alii comitalem appellant, quod abominabilis plene, etiam comitia Romana differri faceret. Incidisse Herculeum, propter vel immentos labores, vel Junonis novercae venesicio. *Aristoteles Problem. sect. 30. Problem. 1.* putat Herculeum vere sacro morbo obnoxium fuisse, atque omnes adeo, qui vel ingenio, vel in studio philosophiae, vel in administranda republica, vel in aliaribus excelluerunt, atrabili obnoxios fuisse. *Erasim. in Adagio.*

Fertur Cambyfes Persarum rex, ab ipsis natalibus laborasse morbo sacro: ut haud abs re fuerit, ejus corpus magna zgritudine invalidum esset, ejus ne mentem quidem sanam fuisse. *Herod. l. 3.*

C. Jul. Caesar inter res agendas bis sacro morbo correptus est. *Suet.* Dum in Africa ad Taplagum urbem aciem instruit contra Scipionem, fertur solito morbo correptus: quem ut primum sensisset ingruentem, prius quam invaderetur, & occuparetur, profusa malo sensus, tremens jam in proximam turrim ablatu fuisse dicitur, atque ibi quiescisse. Victoria tamen penes ipsius fuit milites. *Plut. in Caesare.*

Plotinus Platonicus, Aegyptius natione, praepceptor Porphyrii, & aliorum doctissimorum, morbo sacro obnoxius fuit. *Suid. l. 9. Eunap. apud Volat. l. 18. Anthrop.*

Mahometus Pseudopropheta Turcarum, cum ad Chadigam cognatam praedivitem primo, ut mercenarius, deinde D ut sponsus venisset, zgritule illa caduco illum morbo vexari. Ille vero dicebat, Archangelum Gabrielem se interim videre, & quae aspectum ejus ferre non posset, mente defecta cadere. *Paul. Diacon. l. 18. ver. Rom.* Hac fraude mulier delinita, quem odisse ceperat eventus atrocitate, commentis verisimilia, ut divinum suscipere vitium coacta est: quae illic denique prorupit fraus, ut motiens illum ex asse haeredit institueret. Quae res potentia, quam mox ingens est amplissimam, exordia praebuisse narratur. *Islam. l. 9. Siegeb.*

Romanus Argyrophylus, de sua conjugis cum Michaelae Cappadocae consuetudine turpi, vulgi fama edoctus, sacramento adulterium insipientem se purgare iussit. Cumque ille pejerasset, statim atrox morbus eum invasisset: fertur. Nam crebris intervallis mente alienabatur, oculos distortaquebat, tremore corripiebatur, & in terram prociidebat, deinde ad se redibat. *Zonaras Tom. 3.*

Curatio.

Refert Diogenes Laertius Euripidem Platoni comitem fuisse peregrinationis, cum Aegyptum adiret: ubi cum morbo

suo corripeteret (comitali, ni fallor) sacerdotem Aegyptii merione marina sanarunt hominem. Hinc postea vericulum E hunc composuisse fertur.

*Καὶ τὴν ἀδελφὰν τὴν αὐτοῦ τὸ ἀδελφὸν ἔλατ.* *Tanquam aqua marina morbis omnibus mederetur.*

Peeni infantes suos hirci urina aspera a spumo liberant. *Herod. lib. 4.*

Livium Drusum, Tribunorum popularium clarissimum, cuiante omnes plebs flans plaudit, optimates vero bellum Mariscum imputavere, ellebori medicamento liberatum constat comitali morbo in Anticyra insula. Ibi enim tussissimè fumitur, quoniam sesamoides admiscunt. *Gell. l. 17. c. 15. ex Plinii lib. 25. cap. 4.*

C. Julius Caesar Corduba primium morbo comitali correptus cecidit. Verum ne amplius co tentaretur, optima, & exquisita visus ratione effecit.

Constat ex Septimii Florentis apologetico in arena jugularum nocentem sanguinem recentem de quodlo decurrentem avida sitis solitum ab Ethnicis olim hauriri, quod sic comitali morbo remedia quari opinantur. *Celsus lib. 6. cap. 9. Antiq. l. 8.*

EDUARDUS III. Anglorum rex annulum acceperat a quibusdam Hierosolymis venientibus, quem ipse diu ante pauperi clam dederat, qui pro amore, quem erga S. Joannem Evangelistam habebat, elemosynam petierat: nec multo post morbo affectus, per quietem id ipsum a Deo edoctus, animam caelo reddidit. Sepultus est in templo Westmonasterii, ac brevi post inter divos relatus. Annulus ibidem multa venetatione diu servatus est, quod valeret adversus comitalem morbum. Hinc natum, ut Reges postea Angliae consueverint in die Parasceves multa caeremonia sacrae annulo: quos qui indunt, hinc in morbis omnino nunquam sunt. *Polyd. lib. 8.*

CATALEPSIS.

Memini excellentem medicum, Theodorum Zuingerum, collegam meum, ait *Platerus in praxi medica de generibus defectuum respirationis*, cum in Schola parentis mei, Thomae Plateri communis nostri praepceptoris versaremur, aliquoties ita obstupuisse, ut ne verbum quidem etiam cum comminatione ne interrogatus, respondere poterit, & sic mutum, & attonitum domum rediisse, sensibus alioquin integris: quam speciem Apolipsin, Hippocrates Aphonia vocant: alij ad cataleptico species referre voluerunt.

*Fernelius 5. Morborum 1.* Catalepsi laborantes duos referam, ait, quorum animadversio in ceterorum cognitionem adducat. Unus dum lteris, & chartis sedulo invigilaret, repente hoc vitio percussus, ita quidam obrigit, ut defensus, calamusque digitis prementis, oculis in libros delictus, putaretur in eorum studia incumbere, donec vocatus, & impulsus, deprehensus esset omni sensu, motuque careret. Alterum mortuiciti jacentem invisit, qui neque cernebat, neque audiebat, neque compunctus sentiebat quicquam: facilis tamen inter spiratio, & quicquid in os inferebatur, promptè vorabat. E lectulo sublatu solus consistebat, impulsusque incedebat, & quocumque, vel manus, vel brachium, vel crur inflecteretur, illic quasi fixum, & stabile permanebat. Expressam quandam dixisset larvam, aut certe progredientem.

APOPLEXIA.

Vide 9. Apoplexia mortui. Sub Tit. de Morbo.

SOPOR.

Somno arreptus Cynicus Diogenes, cum excessurus jam vita esset, excitante eum medico, percontanteque, eorum molestiam sentiret! Nullam, inquit, nam frater foretorem anticipat, somnus mortem. *Plut. in consol. ad Apollon.*

CATAARRHUS.

Jul. Frontinus Britanniae legatus in morbum gravem incidit ob exundantem piritum, habitatione gravi, ac nubilo aere crebris nubibus madente, qualis illis in regionibus est perpetua, & ob immensam montium altitudinem, & ob lacuum, fluminumque vicinitatem. Auxit morbum frigus immoderatum, atque insolitum, quod nec a cervice, nec a pedibus arceret ulla arte potuit. Ei proinde in Italiam revocato successor datus Jul. Agricola vir consularis. *H. Boeth. lib. 4.*

Vide infra Tit. Particularem de Catarrho.

\* Carbo.

\* Carbo,

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Carbo juxta Servium, pruna est extincta: ita dicta secundum Isid. lib. 14. cap. 6. quod flamma caret, quamvis etiam aliquando ignitus dicatur: Græcè vocatur κάρβου, id est, arcafo, sicco. Item κάρβου, id est, carbones.

\* CARBONES.

Quare Tit. de Locis particulatim consideratis respectu locati.

Sunt inter species varias Carbonum, qui faxei dicuntur, eorumque usus est in officio ferri, cum sint intense calidi, ubi fuerint accensi. Nusquam vero major copia horum, quam in Provincia Leodiensi. Cujus incolæ, & accolæ iidem eructandis rupibus, & imis cavernis victum quarunt, & passim utuntur in locum lignorum, quorum ibi penuria, redduntque expeditos coquos, quia & celeriter accenduntur, & efficitur calorem adferunt. Hoc tamen advertitur, quod cibi horum ministerio accommodati, ex fumo suppositi ignis fapore quemdam concipiunt carbonaceum, unde delicatiores ligna commiscunt.

Fumum producent crassiores, qui etiam humana corpora fuligine inficiat. Immo & aquas, ut abstergere fordes vix valeant. Hinc plerumque Leodii, & alibi, ubi frequens carbonum istorum usus, certis horis diei, quibus ordinariè exciatur in familiaribus focus, densissimus fumus aërem occupat, & homines pelle sunt subnigra, manibus, & facie velut fuliginæ atque ipsæ velut pingues, quantumcumque applicentur, absterfitioni vix conducunt. Quæ omnia horum carbonum usui immodico imputant Regionis incolæ.

\* CARBONARIUM.

F. Emilius Scauri viri clarissimi Pater, carbonariam exercebat. Vide Tit. Obscuro arvi loco, qui dignitatibus claruere. Petro Ramo Veromanduo, qui primus ex recentioribus contra Aristotelem scribere, & publice etiam Parisiis, disputare ausus fuit, ab inimicis probris loco obiectum fuit, quod carbonarium Patrem haberet. Quæ sive fabula est, impotentiam ad veriorum arguit: sive historia, Rami virtutem unice commendat, qui loco tam humiliter natus, suapte industria cō se evectus, ut non tam Aristotelis, quam larvatorum Peripateticorum censor, & animadvertor extiterit. Quamvis aliis ipsius scripta parum probentur, qui ea velut ramos inutilis, ab illustri Philosphæ arbore præcisos, & absque ullo eruditionis succo, sed infusa contradictionis fibris, & solis deciduis oneratos censent.

\* Carcer. Captivitas.

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Carcer Locus est, in quo detinentur noxii, vel omnis ille unde aliquis exire prohibetur. Dicitur quasi coerces, à coercendo inquit Varro, quod vincit coercentur ne egrediantur. Dicitur etiam, quod vincit coercentur ne egrediantur. Dicitur etiam, quod vincit coercentur ne egrediantur. Et quia ferè captivum per laqueos, qui in carcerem mittuntur, fit, ut etiam captivitas appellatur, à capiendo Græcè ἀρκατωσία. Hebraicè Σεβη, à Sebaba, cepit, captivum abduxit. Unde & carcer apud eosdem dicitur Cebel, à Chaba, conclusit, cohibuit. Idcirco olim, unde equi emittebantur, D carceres erant, ubi equi detinebantur; quoad usque à magistratu signum daretur emissioni, barbibus, & armis Græcis. Sunt, qui volunt, Carcerem in singulari, publicam custodiam denotare: Carceres vero esse privatos, verum indifferentes à Cicerone usurpatur.

\* VARIA CARCERUM GENERA, ET NOMINA.

Notant Scriptores, olim varia carcerum genera fuisse: unum quo immergeri, & incultis moribus coercerentur, donec ad frugem redirent: alium pro gravitate alieno: Tertium pro sceleratis.

Sed ultimus hic non unius generis erat: nam alius exterior, sive mavis, anterior vocabatur, alius interior: quomodo legitur Athor, cap. 16. Paulus, & Silas missus in interiore carcerem. Et riva ignota per quædam, quem Sedem intimam Constantinus lib. 1. cap. de custodia, reor. Alterum carcerem, Valentinianus, & Theodosius appellant.

Erat præter hunc alius locus longè depressior pro capitaliter damnatis, quem Romani Tullianum vocabant, à Tullio eorum Rege: & Barathrum, & Latomias, Syracusani, & Athenienses. Calliodorus vero inferos appellat, & domum Plutonem, ac fellam gemipum, Salustius in consur, Catil. ita Tullianum describit, quod sit locus in carcere, in quo ubi paululum ad lavam ascenderis, circiter 12. pedes humi depressus: cum munitur parietes, & insuper camera lapideis fornibus juncta, sed inculsa tenebris, odore fetida, atque terribilis est ejus facies.

INCARCERATI. QUI ET A QUIBUS?

\* EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Egressi sunt Rex Sodomorum, & Rex Gomorharum cum aliis aliisque adversus Regem Elamitarum, & tres alios cum eo. A quibus cum superati essent, tulerunt victores omnem substantiam Sodomorum, & Gomorharum, nec non & Loth, & substantiam ejus, filium fratris Abraham, qui habitabat in Sodomis. Gen. 14.

Duo Eunuchi Pharaonis, quorum alter pistoribus, alter pinernis præerat, propter delicta quadam vinculis traditi: in quibus erat etiam Joseph innocenter traditus ob falsam criminationem uxoris Putipharis. Gen. 39. & 40.

Cum pugnavit Israel adversus Madianitas, occidit omnes mares: ceperuntque mulieres coram, & parvulos. Num. 31.

Rex David percussit Philistæis cepit mille septingentos equites, & viginti millia pedum. 2. Reg. cap. 8.

Joas Rex Israel cepit Amaziam regem Juda, & adduxit in Jerusalem. 1. Reg. 14. Achaz rex Juda cepit Sacerdotes. Ibid. cap. 17.

Amasias inito prælio cum filiis Seir, percussit ex iis decem millia, & alia decem millia cepit, duxitque ad praruptum montis, & præcipitaverunt eos. 2. Par. 25.

Achaz captus a rege Syriæ. Ibid. cap. 28. Filii Israel vero ceperunt ducenta millia mulierum, puerorum, & puellarum, & infinitam prædam. Ibid. Samson captus a Philistinis, & occupatus erutus. Judic. 16. Rex Assyriorum cepit Manasse. Ibid. cap. 33. Etiam Tobias ductus à Salmanasar Rege Assyriorum. Tob. cap. 1.

Sedecias captivus ductus in Babylonem. Jerem. 52. & 39. Joachas quoque in cavem missus, ductusque ad Regem Babylonis. Ezech. 19.

Joannes Baptista ab Herode in carcerem conjectus, quod eum propter Herodiadem, quam tulerat fratre vivente uxorem, increpasset. Matt. 14. Luc. 6. Marc. 3.

Apostoli quoque Paulus, & Silas cap. 16. & multi sanctorum cap. 26. propter Evangelii promulgationem vinculis traditi fuerunt.

EXEMPLA HISTORICA.

A MAGISTRATU CAPTI.

D. Canutus Danorum Rex classem in Angliam paraverat. Olavus frater regni invadendi cum proceribus consilio capto, Slesvici ex improviso interceptus, & accusatus, in vincula ducti à militibus jubetur. At illi hanc regno sanguini contumeliam suis manibus inferre recusatant, morte omnibus hominibus communi, quam vinculis servilibus multare, tolerabilibus rati. At Ericus frater sanguini non parcendum, dum vitia puniuntur, existimans, vincula illi iniecit, cumque rex catenis H vinculum in Flandriam deportari curavit. Cælo tandem à Fionibus Erico, à Danis ad regnum vocatus est. Saxo lib. 11.

A SUBDITIS.

Victio ad Nicopolim Sigismundo rege à Bajazeth Turcarum tyranno. Hungari casum infelicem illi acceptum referebant, propter casos pridem Budæ triginta proceres, ut arderent omnia bello intestino, quam illam regnare mallet. In dicto conventu in campo, quem Hatvan nominant, Hungari tanquam de summa regni acturi Regem armati circumstant, pugnam ei adversam exprobrant, cognatos, & affines interemptos repetunt, in barbam involvunt, pilos evellunt, ad extremum capiunt, traduntque custodiendum in arce, cui Soclos nominant, duobus fratribus, ob necem paternam Regi infestissimi, mox Ladislaum Caroli, pridem in Hungaria cæsi, filium ad regnum invitant. At Sigismundus vidnam, matrem illorum fratrum, alloquendi potestatem adeptus, à se illum prius non dimisit, quam ingentibus promissis extorqueret, ut mater cum filiis ad se liberandum, servitique itineribus in Mora-

Moraviam deducendum conspirarent. Budam reversus, regnum recipit. Dubrav. lib. 25.

Flamini tota ductu Gandavensium tumultuante, ob tributa à Maximiliano I. imposta: cives, qui Brugis pro rege stabant, missio nuncio indicantur, nisi accedat, populum in rebellione Gandavensium consensurum. Introivit Brugensium urbem cum paucis, & ut erat constitutum, armatus primo manè apparuit ad domum scabinorum (Brugam vocant) sperans confluram ad se plebem. Sedebat quisque domi, proprio intentus labori. Insonuit rumor per oppidum, regem stare armatum ad domum scabinorum, proclamatur ad arma, quando quisque suo timebat capiti. Qui regem introducere, malè sibi timentes, quæsierunt latibula. Concurritur in forum. Auctore decano fabricorum lignariorum (quod pridem pro levi verbo, ad delationem mimi, quidam ex eorum ordine esset decollatus) rex capitur, cum aulici ejus penè omnes aufugissent: & primum in domum Vellæ, deinde in Craneborg, novissimè in domum Joannis de Grossis audientiarum includitur. Vigilia Purificationis D. Mariæ, anno 1488. nonnulli ex civibus capiti truncati sunt. Evocati Brugas Gandaves aderant. Rex à Brugensibus aditus lacrymas ante verba dedit: collacrymati fuit, qui viderunt multi. Offensa fuit ei conjuge, in carcere, inter illos fuisse, motibusque diversis obiit. In eo verè regnum Juda finitum est. Iste est Sellum, id est, consummatio, atque completio, filius Josie, rex Juda: qui regnavit pro patre suo: Iechonias autem non fuit filius, sed nepos Josiæ, filius Joakim. Hieron. lib. 4. com. in Hieron. cap. 22.

ARISTOBULUS II. Judæorum rex, captus à Pompejo Magno Hierosolymis, cum duobus filiabus, & totidem filiis. Antigono, & Alexandro Roman captivus ductus, ceterum è vinculis cum Antigono F. elapsus, cum Judæorum multos ad defectionem compulisset, à Gabinio in castro Macharuntæ captus, Romam demoumissus est, postquam regno, & pontificatu potitus esset annis tribus cum dimidio, in eadignitate magnificus, & magnanimus. Liberos tamen ejus dimisit natus, cum ex Gabini litteris cognovisset, promissum hoc eorum matri, dum castella traderet: qui mox in Judæam reversi sunt. Joseph. lib. 4. cap. 11. Antiq.

SPARGAPISES Tomyridis Massagetarum reginæ filius, à Cyro captus, cum se liberalius vino ingurgitasset: postquam ad se rediit, & ubi locorum esset cognovit, exoravit à Cyro, ut vinculis solveretur. Solutus manus sibi ipsi intulit. Herodotus lib. 1.

AGATHOCLES, Lysimachi Thraciæ regis filius, à patre contra Dromichaten Getarum regem missus, captus est. Lysimachus filium Dromichati depondit, & ea parte Thraciæ cecidit, quæ trans Istrum est. Paul. in Attic.

Croesus Lydorum rex, qui templa aurulorum omnium, quæ tum fuerit, multis, & magnis numeribus ornavit, quique aurum, & argentum in lateres fudit, à Cyro Persarum rege captus, quod reliquum ætatis superstiti, in servitute vixit. Herod.

Datames Leucosyria præfectus ab Artaxerxe, Thyo Paphlagonum regi, qui defecerat à rege, bellum indixit. In quo, cum ab Ariobarzane regio præfecto Lydiæ, & Joniæ, totiusque Phrygiæ desertus esset, nihilo segnitius perseveravit, vivumque Thyum cepit cum uxore, & liberis. Cujus facti ne prius fama ad regem, quam ipse, perveniret, dedit operam. Itaque omnibus inficis, eò, ubi erat rex, venit, posteroque die, Thyum hominem maximi corporis, terribilisque facie, quod & niger, & capillum longo, barbaque erat proluxa, optima velite contexti, H quam satrapæ regii genere consueverant. Ornavit enim torque, atque armillis aureis, ceteroque regio cultu. Ipse agrestis, duplicique amiculo circumdatus, ceteroque tunicæ, gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam, sinistra copulam, vincum amantem Thyum agebat, ac si feram bestiam captam duceret. Quem cum omnes inspicierent, propter insolentiam ornatus, ob eamque rem magnus esset concupiscens, nemo tamen erat, qui agnosceret Thyum. Rex Pharnabazum militi exploratum. A quo, ut rem gestam comperit, statim admitti iussit, magnopere delectatus cum factio, tum ornatus. Itaque magnificè Datamen donatum, ad exercitum missi, qui tum contrahebatur duce Pharnabazo, & Tithraustæ bellum Ægyptium, parique cum atque alios imperio esse iussit. Probus in Datame.

Perseus Macedoniæ rex ingenti prælio ad Pydnam victus à Luc. Paulo Emilio, cum thesauro suo Samothraciam ad templum Castoris, & Pollucis supplex confugit. Cn. Octavius,

concidisse. Appositis tantum Pontifici custodibus, ac ædibus direptis, discessit. Triduo post, custodibus dilapsis, ex pro-priis oppidis auxiliis convenientibus, ad hoc ex urbe Roma officii causa ingenti concursu, simul qui fuga dissipati fuerant, cocentibus, profectus Romam 35. à vi facta die obiit, anno ejus seculi tertio Æmil. lib. 8.

Imperatores, Reges, Principes.

MANASSES rex Juda, vinculus catenis, captivus Babylonem ductus est. 2. Par. 33.

JOSIAS rex justus tres filios habuit. Joachaz, & Joakim, & Sedechiam. Quorum primum rex Ægypti Pharo Nechao captivum duxit in Ægyptum, ibique mortuus est: & constituit pro eo regem Eliachim fratrem ejus. Quo mortuo, regnavit filius ejus Jeconias, qui à Nabuchodonosore, rege Babylonio, cum matre, & principibus ductus est in captivitatem: pro quo patrus ejus regnavit Sedechias, prius Malachias dictus. Hic cum tributum pendere negligeret, à Nabuchodonosore obsessus, undecimo regni anno captus, omnes alios interimi. Urbem, ac templum incendi cum vidisset, erutus oculis Babylonem perductus, illic cum conjugè, in carcere, inter homines lingua, motibusque diversis obiit. In eo verè regnum Juda finitum est. Iste est Sellum, id est, consummatio, atque completio, filius Josie, rex Juda: qui regnavit pro patre suo: Iechonias autem non fuit filius, sed nepos Josiæ, filius Joakim. Hieron. lib. 4. com. in Hieron. cap. 22.

ARISTOBULUS II. Judæorum rex, captus à Pompejo Magno Hierosolymis, cum duobus filiabus, & totidem filiis. Antigono, & Alexandro Roman captivus ductus, ceterum è vinculis cum Antigono F. elapsus, cum Judæorum multos ad defectionem compulisset, à Gabinio in castro Macharuntæ captus, Romam demoumissus est, postquam regno, & pontificatu potitus esset annis tribus cum dimidio, in eadignitate magnificus, & magnanimus. Liberos tamen ejus dimisit natus, cum ex Gabini litteris cognovisset, promissum hoc eorum matri, dum castella traderet: qui mox in Judæam reversi sunt. Joseph. lib. 4. cap. 11. Antiq.

SPARGAPISES Tomyridis Massagetarum reginæ filius, à Cyro captus, cum se liberalius vino ingurgitasset: postquam ad se rediit, & ubi locorum esset cognovit, exoravit à Cyro, ut vinculis solveretur. Solutus manus sibi ipsi intulit. Herodotus lib. 1.

AGATHOCLES, Lysimachi Thraciæ regis filius, à patre contra Dromichaten Getarum regem missus, captus est. Lysimachus filium Dromichati depondit, & ea parte Thraciæ cecidit, quæ trans Istrum est. Paul. in Attic.

Croesus Lydorum rex, qui templa aurulorum omnium, quæ tum fuerit, multis, & magnis numeribus ornavit, quique aurum, & argentum in lateres fudit, à Cyro Persarum rege captus, quod reliquum ætatis superstiti, in servitute vixit. Herod.

Datames Leucosyria præfectus ab Artaxerxe, Thyo Paphlagonum regi, qui defecerat à rege, bellum indixit. In quo, cum ab Ariobarzane regio præfecto Lydiæ, & Joniæ, totiusque Phrygiæ desertus esset, nihilo segnitius perseveravit, vivumque Thyum cepit cum uxore, & liberis. Cujus facti ne prius fama ad regem, quam ipse, perveniret, dedit operam. Itaque omnibus inficis, eò, ubi erat rex, venit, posteroque die, Thyum hominem maximi corporis, terribilisque facie, quod & niger, & capillum longo, barbaque erat proluxa, optima velite contexti, H quam satrapæ regii genere consueverant. Ornavit enim torque, atque armillis aureis, ceteroque regio cultu. Ipse agrestis, duplicique amiculo circumdatus, ceteroque tunicæ, gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam, sinistra copulam, vincum amantem Thyum agebat, ac si feram bestiam captam duceret. Quem cum omnes inspicierent, propter insolentiam ornatus, ob eamque rem magnus esset concupiscens, nemo tamen erat, qui agnosceret Thyum. Rex Pharnabazum militi exploratum. A quo, ut rem gestam comperit, statim admitti iussit, magnopere delectatus cum factio, tum ornatus. Itaque magnificè Datamen donatum, ad exercitum missi, qui tum contrahebatur duce Pharnabazo, & Tithraustæ bellum Ægyptium, parique cum atque alios imperio esse iussit. Probus in Datame.

Perseus Macedoniæ rex ingenti prælio ad Pydnam victus à Luc. Paulo Emilio, cum thesauro suo Samothraciam ad templum Castoris, & Pollucis supplex confugit. Cn. Octavius,

vius, qui una cum Paulo bellum administrabat, classe Samo-  
 A thraciam appulsa, Perseum religionem deorum reliquit in viola-  
 tum: mari tamen, & effugio praelit. At Perseus clam Oroan-  
 dem quendam Cretensem, qui lembum habebat, induxit, ut  
 se cum pecunia suffollet. Ille arte Cretica usus recepit pec-  
 uniam: illum cum nocte venire ad portum Demetrium cum  
 liberis, & servis necessarius iussit, statim primis tenebris  
 solvit. Miserabilis Perseus erat, qui ex angusta fenestra per  
 murum se, puerosque, & conjugem demisit, laborum, & cro-  
 ris rudes: altissimum etiam suspitium misit, ubi quidam, qui  
 in alto vela facientem conspicatus fuerat Oroandem, id in  
 litore vaganti renuciavit: nam lux apperebat. Ita omni spe  
 desitutus confugit ad murum, non jam reclus: verum prae-  
 venit tamen cum uxore Romanos. Liberos ipse tradidit in  
 manus Joni, qui pridem fuerat ei in deliciis: tum vero proditor  
 ejus, in causa potissimum fuit cur Perseus compelleretur,  
 ut sera, captis natis, in manus venire, & permittere corpus  
 Romanis, qui liberis tenebant. Maximam fidem habebat  
 Nasica, quem accererebat, cum is non adesset, questus suam  
 fortunam, respiciens necessitatem, dedit se Octavio.  
 Cum duciperisset ad consulens, confurgens consul, ut magno  
 B viro, deorum ira, & asperitate fortunae prolapsus, cum amicus  
 ad lacrymas effusus, processit obviam. At ille turpissimum  
 spectaculum praebuit, ac se ad pedes Pauli submitbens, &  
 genua ejus appetens, voce degeneres, & preces emisit, quas  
 non tulit, neque auribus admisit Paulus, sed intuitus eum  
 vultu tristis, & offensus: Quid miser, inquit, maximo crimine  
 liberas fortunam, qui hac admittis, qua re non immerito  
 oppressus videre calamitate, neque hac, sed pristina indi-  
 gnitas fortuna fuisse? Quid vero non praebendo te generosum,  
 nec dignum populo Romano adversarium, victoriam macu-  
 la meam, & palmam elevas? Virtus magnam conciliat vel  
 apud hostes reverentiam afficit: ignavia apud Romanos est  
 etiam faustis rebus proflus contempta. Sustulit tamen cum,  
 dextramque portexit, & curam ejus mandavit Tiberoni.  
*Plutarch. in Emilio.*

PSYDIO-PHILIPPUS, post Philippum Demetrii regni haeres,  
 a Demetrio Syriae rege, ad quem auxilii gratia contra Roma-  
 nos venerat, captus, ac Romam missus, custodiaeque tradi-  
 tus est. *Volat. lib. 18. Antrop.*

C SYPHAS Massesulorum rex, qui Masinissam regno expu-  
 lerat, cum P. Corn. Scipione foedus contraxerat. Ceterum  
 postea mutatus animo, ducta Afrubalis Barchini filia So-  
 phonisba, ad Carthaginienses defecerat. Tandem a Scipione  
 in Africa captus cum multis nobilibus viris ad Scipionem per-  
 ductus fuit. Auctor ejus vita.

PESCENNUS Niger à ducibus Severi Imperatoris per Emi-  
 lianum superatus, apud Cyzicum faucibus, captus, & ad  
 Severum deductus est. Caput ejus suffixum Romam missum.  
*Spartianus.*

EMILIANUS MAURITANUS, Imperator ab exercitu nomi-  
 natus à duce Galieni Theodoro captus, ad Galienum missus  
 est. *Trebellius Polio.*

VALERIANUS Imperator haud multo post, quam Christia-  
 num nomen insulari est adortus, ad Persicum bellum profectus,  
 five aliena fraude id acciderit, five sua ipsius temeritate  
 (nam utrumque traditur) in hostium potestatem vivus venit.  
 Perunc Saporem Persarum regem, à quo captus est, adeo infol-  
 enter, & barbarè captivo seni (erat enim Valerianus septua-  
 genarius) illulisse, ut pro scabello ejus tergo uteretur equum  
 ascensus. In ea tam turpi captivitate cum tandem conse-  
 D nasse, scribunt. *Latius, & Aurel. Victor. Euseb. in sermo-  
 ne ad conventum sanctorum, excoziatum, & sale conditum à  
 rege scripsit.*

Gothorum rex Rhadagastus, in Italiam adversus Hono-  
 rium Imper. cum ducentis equitum millibus profectus, inter  
 Fesulanos montes in Stilicione Honorii ducis, atque foederi  
 potestatem venit: à quo catenis vincitus, per omnem Italiam  
 ductus, turpiter interit: ad cuius famam paulò ante omnes  
 contremuerant. *Fulg. lib. 6. cap. 10.*

ARDABURES Theodosii Imperatoris dux contra Joannem  
 tyrannum Italiam, cum Placidia, & Valentiniano Caesare Sa-  
 lonam in Dalmatiam venit. Ipse, consentis cum magna co-  
 piarum parte navibus, Ravennam versus, ut Joannem ex im-  
 provisò adoriretur, iter intendit: Asparem vero filium, Placi-  
 diam, & Valentinianum cum altera terrestri itinere Aquilejam  
 iussit contendere. Prospera navigatione usus, ad Italiam quid-  
 dem appulsi sunt, verum sub exsensionem saevo repente sub-  
 orto vento repulsi, licet obstantis, in oram Ravennatam

ejectus est: ubi à millibus Joannis accurrentibus captus, ad  
 illum continuo est deductus. Joannes tanto duce praeter om-  
 nem expectationem potius, quam pacem optabat, ipsum  
 E humanissimè habuit, ac liberè custodia tradidit. Ardabures  
 cum omnes, quasi Joanne spoliatii honoris fuerant, male erga  
 illum animatos animadverteret, per eos Asparem admoneri  
 filium iussit, quem ipse casum subsisteret, & ut propius acce-  
 deret cum Joannes, quali confecta victoria, omnia studia  
 militaria remisisset. Aspar solus Aquileja cum equitatu in  
 agrum Ravennatam tacitus prodit. Inde pastore quodam  
 duce, per paludem, quae urbi adiacebat, antea quidem in viam,  
 sed tum Dei beneficio perviam, magno silentio ad urbem pro-  
 cessit: ac portis patentibus, ut in summa pace, inventis, nemine  
 non solum repugnante, sed ne sentiente quidem, intravit.  
 Joannes à suis proditus, & captus est. *Sig. lib. 11. Imp. occid.*

GILIMERE Rege Vandalorum in Papua monte, quò con-  
 fugerat, à Phara duce Belisarii obfesso, & capto, impositus  
 est finis bello Vandalico, & recuperata est Cathargo cum  
 tota Africa, anno Christi 533. Justiniani sexto: cum qui-  
 dem eam tenuisset Vandali annos 95. Anno enim Christi  
 438. à Genérico Vandalo primùm occupata est, cum  
 antea fuisset sub Rom. Imperio annis 585. Sicque regnum  
 Vandalorum destructum est, perenne Vandalicis rabies  
 cum ipso nomine. *Nicoph. lib. 17. cap. 12. Evagrius lib. 4.  
 cap. 16. Ordo Porsyngensis lib. 5. cap. 4. Paul. Diac. lib. 16.  
 Sigeb. & Regino lib. 1.*

ROMANUS Diogenes Constantinopolitanus Imperator,  
 cum audisset Belzethemum Persarum Regem, bellum adver-  
 sus Syriam, & Asiam parare, Antiochiam defensurum, post  
 longam pugnam, caesis suis, vivus captus est. Belzethemus  
 in Graecorum ludibrium, quoties cum proceribus suis con-  
 sultaret, Diogenis collum pedibus premere solebat. *Guido  
 Butur.*

CONSTANTINUS VI. Imperator cum matrem Irenem imperii  
 sociam per decem annos rejecisset: illa paulò post à civibus im-  
 perio restituta annos tres imperio praesuit, ac filio in carcerem  
 conjecit oculos effodit, in quo brevi tempore extinctus est.  
*Vol. lib. 23. Antrop.*

ISAACIUS Augustus à fratre suo Alexio (quem à Turcis ca-  
 pum magno redemerat) excaecatus, & in carcerem conjectus  
 est. *Ibid.*

LEONTIUS Patricius Constantinopolitanus, cum post pro-  
 fligatum Justinianum Rhinotmetum tres annos imperasset,  
 à Tiberio Aspimato, qui Africae praerat, captus, truncatisque  
 naribus in custodiam missus est. *Ibid.*

LUDOVICUS Romanus Imp. ab Adalgaifo duce Beneventa-  
 no, contra quem bellum susceperat, captus, & jurejurando  
 adactus, ne posthac rebellaret, liberè ab eodem dimissus est.  
 Verum cum paulò post Berengarium bello vexasset, ac vicisset  
 apud Veronam, securior esse cepit. Igitur insidiis captus, &  
 excaecatus est. *Crantz. lib. 2. cap. 23. Metop.*

In Pictionibus Joannes primus rex Francorum infeliciter  
 contra Anglos pugnavit. Dionysius Myrobrechus Atrebas,  
 caede domi facta exul, apud Anglum inestum ordinem du-  
 cebat. Hic regem in tumultu pugnae agnovit, viaque vi facta,  
 propius accedens, Francica lingua hortatus est, ut necessitati  
 pareret. Eduardum regem filium Principem requirebat rex.  
 Ille alia pugna occupabatur. Atrebat dextram Francus dedit.  
 De captivis inter victores certabatur, nec modò inter singu-  
 los, sed inter gentes, Anglos, Vasconesque, & qui ex reliqua  
 Gallia signa Angli sequebantur, Rex à prehenfionibus huc,  
 illucque distrahebat. Tandem nobilissimum Anglorum, Vas-  
 conumque ad volantes cum turba delectorum, voce praeco-  
 nis, cum furca minis, verbis Principis pronunciavere, à prin-  
 cipum regis facerent praeprae, qui circumstantibus: praemia  
 suae cuiusque fortitudinis, felicitatisque ab rege, principumque  
 destinata: ipsi, ad edictum submovente fese turba, desilentes  
 equis regem adoraver: reverentissimeque ad principum  
 duxere. Capti nobiles Franci ad mille quingentos. Quingue  
 omnino millia armatorum desiderata. Speciem nobilissimae  
 omnium victoriarum captus cum filio Philippo Audace (qui se  
 in defendendo patre misticum praesiderat) rex praebuit.  
 Eduardus Burdegalam Francum duxit. Ibi sedicio orta, nec  
 Vascones passi sunt, nisi muneribus, pollicitationibusque  
 principis pleni, Joannem in Angliam transivit. Myrobrecho  
 quingue millia aureorum praesentia in sumptum, cultumque  
 numerata: uberiora praemia ab Eduardo patre expectanda.  
 Itaque in Angliam magna classe, exploratiisque omnibus  
 transmissus fuit. *Emil. lib. 9.*

TAMBERLANES, Zagataje orientalis Scythiae regionis, Par-  
 A thiam ac Sogdianam versus, princeps (cujus Samarcanda  
 civitas, ad fluvium Jaxartem constructa, patria fuit) peditem  
 atque equitum innumerabili multitudine, Natoliam totam  
 occupavit. Bajazetes primus Turcarum rex Constantinopoli,  
 quam tum obfidebat, relicta, exercitum navibus Angorum  
 deduxit, ac prope Stellam montem, ubi olim cum Michridate  
 Pompejus pugnaverat, cum Tamberlane conflavit, ac supe-  
 rante in ferream cavam detrusum per totam Asiam, ac Sy-  
 riam circumduxit, quoque tandem ipsi miseriarum finem  
 mors attulit. In eo praelio (quod tempore Bonifacii Papa  
 noni commissum est) plus quam ducenta hominum millia de-  
 siderata sunt. *Fovius in vita Bajazeti.*

MOSEYDES Tartarorum rex, magni Tamberlanis nepos,  
 adversus Ustuncassanum Persarum regem, cum innumerabili  
 exercitu profectus, fusus, ac captus, atque ad Ustuncassani pe-  
 des cum uxoriibus deductus (quarum ex gentis more ma-  
 gnum numerum habebat) dividi se victoribus vidit: multis  
 inde contumeliis affectus, Uzaibachare, qui ab ipso rebella-  
 verat, deditus, & ab eodem ignominiosè necatus fuit. *Fulg.  
 lib. 6. cap. 11.*

B ALBERTUS Tufcorum Marchio, cognomento Dives,  
 Lamberto Guidonis F. duci Spoletano, & regi Italiae rebel-  
 lans, unò cum potente Comite Hildebrando, collecto exercitu  
 Papiam tendebat, fuadente uxore Bertha, Hugonis, qui post  
 regnavit, matre. Lambertus venationi indulgens, certior de  
 adventu hostium factus, centum accepit tantum militibus,  
 noctu vino, somnoque sepultos trucidavit, & Marchionem  
 in praesepio, in quod fese abdidit, extractum, cum Comite  
 cepit, inque fessum conspectum adductum his verbis affatus  
 est: Nempè Bertham tuam divinito fessellit, quae cum te re-  
 gem futurum praediceret, in praesepio latentem asinum fore  
 ignoravit. *Cisp.*

DAVID Brusius rex Sctorum ab Anglis victus ad Duraim  
 acceptis bis duobus vulneribus, telis corpori etiamnum haer-  
 entibus, tamen dedere se noluit: ne tot civibus suis superes-  
 set. At cum eques quidam auratus, Joannes Coplandi, ad de-  
 ditionem eum cogeret, cum telum manibus excidisset, pugno  
 os ejus tanto impetu verberavit, ut duos illi priores dentes  
 C excullerit. Quatuor cum rege capti comites sunt. Telum  
 autem unum regis tibia infixum extrahi prius non potuit,  
 quam sanctum Nivianum inviseret: via enim tum est tibia  
 manifestò aperiri, ac telum proflire. *H. Boethius l. 15.*

VENCELAVUS Imp. & rex Bohemorum, Sigismundus Imp.  
 frater, bis captus, & in vincula conjectus est. *Volater. lib. 23.  
 Antrop.*

SIGISMUNDUS Caroli IV. filius, Venceslavus frater, Augu-  
 storum Imperator factus, proceres xxxii. in Pannonia necari  
 iussit. Ob quam rem & ipse postea captus est, ac vidua, cu-  
 jus maritum interfecerat, traditus. *Ibid.*

ALFONSUS Aragonum, & Siciliae rex, dum Neapolitanum  
 regnum armis repperit, & Cajetam obsidit, à Blasio Axereto  
 Genuefium duce praelio victus, & cum fratre captus est, an-  
 no 1434. *Bracell. l. 3. Belli Hist.*

CAROLUS V. Imp. Francicum, regem Gallorum, captum  
 in praelio ad Papiam urbem, anno Salutis 1525. postea dimis-  
 sum, regno restituit: affinitateque sibi eum devinxit, tra-  
 dita illi forte Leonora in uxorem. *Guiliel. Zenocarus in vita  
 Caroli lib. 2.*

D LUDOVICUS Sfortia Mediolanensium dux à Ludovico duo-  
 decimi Gallorum regis ducibus Tramolilla, Trivultio, & Li-  
 gino Novariae obfessus, Helvetios, quorum fides in expu-  
 gnanda Novaria probe tenuerat, ad popularium suorum, qui  
 Gallo militabant (in factiones enim jam discesserat tota Hel-  
 vetia, privatorum quorundam excedenda avaricia) praefectis  
 persuasus, frustra ad pugnam hortabatur, quod se absque suo-  
 rum magistratum mandato, cum propinquis, & propriis  
 fratribus, ceterisque fidei gentis hominibus pugnare nefas  
 esse dicerent: quibus paulò post, quasi ejusdem essent exerci-  
 tus, permixti, cum primùm in patriam redire velle dixerunt:  
 eique ut Helvetii pedibus amictu, ne agnosceretur, se ipsis  
 misceret, concesserunt. Illis igitur ordine per Gallicum exer-  
 citum incedentibus, dum agmini permixtus, Helvetio more  
 vestitus, & armatus pedes incederet, cognitus, & captus fuit:  
 usque adeò miserando spectaculo, ut vel hostibus ipsis lacry-  
 mas expresserit. Fuerunt praeter ipsum capri Galeacius San-  
 severinus, Fracassa, & Antonius Maria fratres, Helvetiis eodem  
 vestitu permixti. Afcanius Cardin. fratris calamitate audita,  
 repente Mediolano discessit. Proxima nocte, ut se aliquantif-  
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.

per à labore itineris celeritate suscepto recrearet, ad Rivoltam  
 in Placentino agro Conradi Landicjus urbis patricii, ipsa affi-  
 nitate, & longa necessitudine conjuncti, castrum moratus  
 est. Qui mutato cum fortuna animo, Venetorum ducibus  
 Placentia accessit, illum atque una Hermetem Sfortiam, Joa-  
 Galeacii defuncti ducis fratrem, tradidit. Afcanius statim  
 captivus Venetias perductus est: sed cum rex Galliae illum à  
 senatu Veneto, additis etiam minis, repeteret, ad illius ar-  
 morum furorem vitandum ei traditus est. Ludovicus Lugdu-  
 num, ubi tunc erat rex, perductus, & in urbem meridie  
 introductus, infinita multitudine, ad tantà paulò ante am-  
 plitudinis, & majestatis principem visendum accurrente, ad  
 regis conspectum quemadmodum summo perè cupiebat, non  
 est admittus: sed post biduum in Locensem turrim ductus,  
 in ea circiter decem annos, quibus vitam terminavit, capti-  
 vus fuit. Secutus est illum non multò post frater Afcanius  
 Card. qui majore humanitate acceptus, & ab Rotomagensi  
 Cardinale Georgio Amboyfio benigne salutaris, honeste  
 in custodia habitus est: nimirum in Bituricum turri: in qua  
 idem rex, à quo tunc captivus tenebatur, biennium, in-  
 clusus fuerat. *Guicciard. lib. 4.*

Reginae.

ZENOBIA Palmyrenorum regina, Aureliani Imp. eorum  
 captiva praecessit, adeò gemmis onusta, ut sepe processit  
 pompae restitit, falsa se nimio gemmarum pondere degra-  
 vari. Vincit erant pedes, & manus aureis catenis. Triumphata  
 Tibure vixit cum filiis, ubi praedia sunt ei publicè data. Man-  
 sit loco nomen in posterum, ut Zenobia diceretur, haud pro-  
 cul ab Adriani villa, & loco, cui nomen Goncha est. Eutro-  
 pius Romae consensuisse auctor est, & ab ea Zenoniam fami-  
 liam in urbe propagatam. *Sab. l. 7. Euv. 7.*

PLACIDA Honorii Imp. foror, ab Athanulpho Visigo-  
 thorum rege captiva abducta ex urbe Roma, inde in uxorem  
 ducta. *Sigeb. in Chronico.*

HENRICUS VI. Imperator Constantiam uxorem ad res quas-  
 dam procurandas Cajetam, & Cajeta Salernum miserat. Ea  
 Cajeta multis à latronibus contumeliis onerata, demum  
 Salerni à Salernitanis est comprehensa, & à Tancredo rege  
 Siciliae, quem Henricus regno tollere conabatur, Panormum  
 G traducta, ibi est in regia custodia. Ceterum quadriennio  
 post mortuo Gulielmo rege, impudere filio relicto, Henricus  
 Genuefium ope Siciliam obtinuit, & Panormo dedito,  
 uxorem liberavit, & regem se Siciliae cum ea coronari fecit.  
*Sigeb. l. 13. regni Italici.*

Maria Stuarta Scotiae Regina, & diadematis Anglici haer-  
 eses Francisci II. Francorum Regis vidua, & Jacobi Magnae  
 Britanniae Regis hodie regnantis mater, dum ab haereticis in  
 regno suo variè affligitur, hortatu Elisabethae Angliae Regi-  
 nae, promissisque benevolis, & juratis evocata, in carcerem  
 detrusa est, ac in eo annis viginti detenta, tandemque quod  
 in Catholica fide perseveraret, an. 1587. 16. die Februarii capi-  
 te truncata fuit. *Vide Locum de Haereticis, Tit. Crud.  
 Haeretic.*

Duces.

JONATHAS Machabaeus, dux Judaeorum fortissimus, cum  
 fermè omnem dimisisset exercitum, cum mille comitibus, quos  
 retinuerat captus est à Nicanore, & interfectus. *2. Mac. 12.*

Capta Jotapata à Vespasiano, Josephus Galilaeae praefec-  
 tus, cujus prudentia, & fortitudine xviii. diem obsidionis  
 urbis tolerarat, per medios hostes clapsus, in profundum pu-  
 teum saltu demissus, in cuius imo os speluncae erat, quod à  
 supernè despicentibus videri non poterat, quadraginta ibi  
 illustres viros latitantes invenit: cum victu multorum dierum.  
 Romani latebris cognitis, tribunum Nicanorem ad eum mit-  
 tunt, qui data fide eum educeret. Ex Josephus quidem, somnis  
 aliquot monitus, pariturs erat: socii verò mortem ei, si id  
 faceret, minitabantur. Quorum desperatione cognita, persua-  
 sit illis, ne se ipsos interficerent (cum id & lex Dei, & philo-  
 sophia humana detestaretur) sed quandoquidem mori place-  
 ret, sorte ducta, mutuis eaderent vulneribus. Paruerunt illi:  
 & factis fortibus, Josephus divinitus conservatus, socium suum  
 (qui solus ex quadraginta supererat) fide data cohortatus est,  
 ut sese sequeretur, & Romanus quovis periculo se dedere  
 mallet, quam gentilis sui sanguine manus conquinare. E  
 spelunca inde progressus, Romanis sese dedit. *Josephus  
 lib. 3. c. 14. belli Judaici.*